Digitized by Google

UNIVERSITEIT GENT

Acc 24195

משפט המלך

JUS REGIUM HEBRÆORUM

E TENEBRIS RABBINICIS
erutum & luci donatum

A

VVILHELMO SCHICKARDO
Sacr. Lit. Hebr. Professore in Acad. Tubing.

הלא טוב עוללות הראשונים מבצור האחרונים
Nunquid racematio veterum præstat vindemia novitiorum?

ARGENTINAE,
Impensis Hæredum LAZARI ZETZNERI,
Anno M. DC. XXV.

Cl. & Excell. V.

Dn. MATTHIÆ BERNEGGERO.

Professori Argentinensium celeberrimo,

Historico eminentiss.

Politico singulari

Mathematico eximio

Philologo incomparabili

Et quod mihi palmarium est

Fautori certissimo

S. P. Dico

Wilhelmus Schickart.

Si in privatis epistolis aliquando, cùm me speculationes aliæ detinent, fuimus negligentiores, AMICE benevolentissime, alloquar te nunc in vestibulo hujus dissertationis publicè, simul ut institutionem breviter reddam, nè me functionis oblitum in alienis tæstris oberrare putes. Non ultroneo ausu temere susceptus, sed excitavit me ad hanc scriptionem Nob. & Amplis. ICtus Dn. D. BESOLDVS Patronus & Compater meus, quid meum dicaz imò communis noster ille Fautor honorandus, vir nunquam sine laudis præfatione nominandus. Cum enim in nuperâ quadam deambulatione mentionem feciſſet suorum de Jure Majestatis librorum, qui nunc Gobiscum exundantur, & ego aliquid mea Lectionis de prisco Hebræorum Regum jure subjecissem, suasit ut illud in litteras relatum pluribus communicarem, quod multorum cognitione dignum arbitraretur; & non difficulter mihi persuasit, quia jam pridè aliquo specimine comprobatum reddere gestii, quarum hac lingua Politicis quoq; hominibus servire valeat, postquam Theologiæ studio initiatis, ut plurimum fastidiri sentio. Excussi ergò memoriam meam, & revolvi authores, apud quos talia observasse recordabar, Maymonidem, Kimchium, Ab. Ezram, Iarchaum, Gersonidem, Nachmanum, Bar-Nachmon, Bechajum, Sebam, ipsum denique opus Talmudicum; qui quamvis plerique fulgo nè nominetenus quidem noti sint, ut impostor aliquis facilè testimoniis illorum apud imperitos abuti posset, credas tamen eâ fide & sollicitudine a me tùm excriptata tùm versa esse, ut neminis nec Christianorum nec Iudæorum censuram extimescam. ea propter paginarum quoq; partes allegaverim, & formalia inseruerim verba. Sed & Alkuranum alicubi adduco, quia è nugarum sterquilinio subinde aliquod utile granum emicat, quod de uberiori priscorum messe resteretur. Vbi tuam in me benignitatem reticere non sinet pictas, qui post magnum Gruterum, tui quoq; Exemplaris, mundissimè sanè exarati copiam mihi fecisti, ut eum meo conferrem, & in alterutra loco aut intricatâ manu, veram lectionem venarer: quo vel solo nomine præsens tibi studiorum meorum fructus debetur. Vale V. Cl. & Dn. tribus in Sueronium obsecro continua: video enim afferre te multa quæ vel oculatissimos antea fugerunt. Tum verò per occasionem Rev. & Præclariss. VVV. Dnnn. Frœreisenio, Schmidio, Blanckenburgio, illis in hoc studio quondam socios, huic etiam Professionis participi, omnibus verò Amicis honoratissimis, meo nomine plurimam Salutem. è Tubingâ 16. Ian. incuntis Anni 625. quem omnibus faustissimum esse jubeo.

משפט המלך

JUS REGIUM
Hebræorum.



De singulis dicetur hoc ordine.

CAPVT I.

DE ELECTIONE.

Theor. I.

Dei mandatum erat eligere Regem.

HOc nempè unum est ex illis, quæ maturè quidem in deserto præcepta erant, sed serò demùm post multos annos exequenda. De quibus Bar-Nachmoni in Defar. Rabbâ, parsch. Schophet. col. illius 4. אמר ר׳ יהודה בר אלעאי על שלשה דברים נשתו ישראל בכניסתן לארץ ואלו הן למחות זכרו של עמלק ולמנות להם מלך ולבנות להם בית המקדש: *Dixit Rabi Iehuda Fil. R. Elai, tresres injunctæ sunt Israëlitis ad ingressum eorum in terram (Canaan) scilicet ut extirparent memoriam Amaleck, & constituerent sibi Regem, atq; domum sanctuarii ædificarent.* Quæ ipsa meliori ordine recensèt diligentissimus Rabinorum Mosche ben Maymon, Tom. 2. Halachâ Melachim, cap. 1. mihi 759. b. מצוה מלך קודם למלחמת עמלק שנ׳ אותי שלח ה׳ למשחך למלך עתה לך ונהכית את עמלק. והכרת זרע עמלק קודמת לבניין הבית שנ׳ ויהי כי ישב המלך בביתו וה׳ הניח לו מסבי׳ מכל אויביו ויאמר המלך אל נתן הנביא אנכי יושב

יושב בבית ארוים ונו׳ *Electio Regis antecedit bellum Amalek, sicut dicitur (1 Sam. 15. v. 1. & 3.) me misit Dominus ut ungerem te in Regem. nunc igitur vade & percute Amalek. Excisio seminis Amalek præcedit ædificium Templi; sicut dicitur (2. Sam. 7. v. 1.) factum est cum sedisset Rex in domo suâ, & dominus requiem fecisset ipsi circum circa ab hostibus suis, ait Rex ad Nathamum prophetam: ego habito in domo cedrinâ. &c.* Gloriantur etiam Judæi de triplici coronâ, quibus gentem suam cohonestârit DEUS. Idem Maymonides Tom. 1 Hal. Talm Thor. cap. 3 p. 20. b: בשלשה כתרים נכתרו ישראל כתר תורה וכתר כהונה וכתר מלכות. כתר כהנה זכה בה אהרון שנ׳ והיתה לו וזרעו אחריו ברית כהנת עולם. כתר מלכות וכה בו דוד שנ׳ וזרעו לעולם יהיה וכסאו כשמש נגדי. כתר תורה הרי מונח ועומד ומוכן לכל ישראל שנ׳ תורה צוה לנו משה מורשה קהלת יעקב, כל מי שירצה יבא וישול. שמא תאמר שאותם הכתרים נדולים מכתר תורה הרי הוא אומר בי מלכים ימלוכו ורוזנים יחקקו צדק בי שרים ישורו: *Tribus coronis coronati sunt Israëlitæ, coronâ Legis & Sacerdotii & Regni. Coronâ Sacerdocii dignus fuit Aaron, sicut dicitur (Num. 25 13.) erit ipsi & semini ejus post ipsum, fœdus sacerdotii æterni. Coronâ Regni dignus fuit David. sicut dicitur (Psal 89. v. 36. semel juravi per sanctitatē meâ, si Davidi mentiar) semē ejus in seculū erit, & thronus ejus instar Solis coram me. Corona legis ecce relicta & parata est omnibus Israëlitis, sicut dicitur (Deut. 33. 4.) legem præcepit nobis Moses. hæreditatem congregationi Iacob. quicunq, vult, veniat & tollat. Ne autem forte dicas, quòd priores coronæ majores sint hâc coronâ legis, ecce dicit ipsa (Prov. 8. 15.) per me Reges regnabunt, & dynastæ decernent justitiam, per me Principes dominabuntur.*

Hæc quamvis ita se habeant, tamen non desunt inter Judæos qui contradicunt & putant, Regibus majores suos minimè indiguisse. Rationes illorum diversæ sunt, quas distinctè videbimus. R. Bechai existimat, DEUM Opt. Max. sufficere ipsis, nec nisi ad pœnam Reges indulsisse. fortè ut ranis Jupiter Ciconiam apud Æsopum. sic autem ille ad Parsch. Schoph col. 6. אין רצונו של הקב״ה שיהיה מלך בישראל אלא הוא כי הוא יתעלה המלך החולך בתוך מחניים משניח על פרשיהם אין להם צורך במלך. אחה כי העם הנבחר אשר אדון הכל מלכו מה יעשה במלך בשר ודם. ואכ׳ וכתיב אתן לך מלך באפי וה שאול המלך הראשון. ואקח בעברתי צדקיהו המלך האחרון שלוקח ביד נבוכד נצר ואירע בו מה שאירע: *Non erat voluntas DEI O. M. ut esset Rex in Israel alius quàm ipse-met. Ipse enim Altissimus est Rex ille, qui ambulat in medio castrorum & providè attendit ad particularissima quæq,. Nec opus erat illis Rege alio. Nam populus electus, cujus Rex est Dominus universi, quid faceret cùm Rege qui caro tantùm est & sanguis?* Et post pauca: *Scriptum est (Hos. 13. 11.) dabi tibi Regem in irâ meâ; is est Saul Rex primus: & aufero in furore meo; is*

Zidkias

Zidkias Rex ultimus, qui ablatus fuit per manum Nebucad-Nezaris & contigit ipsi malum quod contigit. Rabbà B Nachmoni arbitratur hoc pugnare cum libertate populi Judaici, quorum conditio non sit regi ab alio ut à pastore pecora, sed instar feratum liberrimè circum vagari. paulò ante loc. suprà citat. אם הנה לישראל בני כך חשבתי שתהיו חורין מן המלכיות מנין שנ' פרא למוד מרבר כשם שהפרוד גדל במדבר ואין איסת אדם עליו כך חשבתי שלא תהא איסת מלכות עליכם אבל אתם לא בקשתם כן אלא באות נפשה שאמה רוח ואין רוח אלא מלכיות מנין שנ' וארו ארבע רוחי שמיא מגיחן ליכא רבא: *ait DEVS O. M. Israëli, mi fili! sic cogitavi, ut esses liber ab imperiis. vnde hoc? quia dicitur (Ierem. 2. v. 24.) Onager assuetus deserto. sicut ergò asinus sylvestris adolescit in deserto, nec timet ullum hominem super se, sic reputavi, nè esset metus regni super vos. At vos non hoc quæsivistis. sed (ut in textu sequitur) in desiderio animæ suæ sorbuit ventum: non est hic ventus aliud quàm Regnum. vnde hoc? quia dicitur (Dan. 7. 2) ecce quatuor venti cœli pugnabant ad mare magnum!* R. Levi Ben Gerschom arguit ab eventu, parùm boni, malique verò plurimum ob reges huic populo contigisse: in Com. ad 1. Sam. 8. בסוף הענין היו מלכיהם סבה להתעות ישראל ולהסירם מעל ה' עד שהביאו לגלות מעל אדמתם *tandem fuerunt Reges illi causa deceptionis Israëli, ut alienarentur à Domino DEO, usq; dum abducerentur in exilium à terra suâ.* quod idem Argumentum prædictus R. Bechai cod. l. prolixius inculcat צא ולמד מה הניע אלינו מתחת יד המלכים שכן דרשו רז"ל שאול נפל בהר הגלבוע. דוד נתן טפחה שנ' ויתן ה' דבר בישראל. אחאב העציר את הגשמים עליהם דכתיב אם יהיה השנים האלה וגו' צדקיהו החריב המקדש *abi & disce quid contigerit nobis sub manu regum. sic enim concionantur Doctores nostri p. m. Saul cecidit in monte Gilboah, David causatus est plagam, sicut dicitur (2 Sam. 24 15.) dedit q; Dominus pestem in Israel. Achab cohibuit pluvias ab eis, ut scribitur (1. Reg. 17. 1. vivit Dominus) si erit hisce annis ros aut pluvia &c. Zidkiah desolari fecit sanctuarium.* Præcipuè verò urgent authoritatem prophetica Samuelis, qui l. 1. c. 8. v. 6. populi regem petentis factum detestatur: Si divinæ voluntati placuisset ajunt, utique non improbasset, nec tantoperè totque persuasionibus eos dehortatus fuisset. Iterùm Gerschomides d. l. . . רצה השי להרחיקם מזה מפני התכלית הרע שהיה עתיד להמשך מזה וזוה את שמואל להגיד לישראל את משפט המלך. כדי שיסורו מזה בסבת הקושי אשר יהיה לעם לסבול כל אלו הדברים שזכר שיהיה מושל המלך עליהם עד שיהיו לו לעבדים: *voluit DEVS benedictus illos elongare eo de propter clausulam malam, quam futurum erat ut traheret secum. Ideò mandavit Samueli, annunciaret Israelitis Ius Regis, ut recederent ab occasione difficultatum, quas oporteret populum ferre, in omnibus*

bus quorum mentionem fecit: quodve dominaturus esset eis Rex, nisi dum evaserint ipsi in servos.

Sed omnes has exceptiones validè prosternit solum DEI mandatum Deut. 17. 15 quod utique non arbitrarium est, sed maximè sextum, ideóque verbi reduplicatione inculcatum שׂוֹם תָּשִׂים עָלֶיךָ מֶלֶךְ *ponendo pones super te Regem.* Nec id derogat libertati gentis; quia non pro lubido ne sua, sed ad normam Mosaicæ legis eos gubernare debuit. Si quando autem exorbitarunt, ea non officii sed personæ culpa erat. ob quem dominationis abusum, usus ejusdem legitimus minimè tollendus. Mala quædam, fateor, causati sunt per Accidens; per Se verò etiam plurima bona. David vir juxta cor Domini hostes devicit, cultum Dei ordinavit, Sacerdotes, Levitas, Cantores instruit, psalmos composuit. Successor Salomo templum ædificavit, parabolas edidit, pacem in toto regno conservavit, ut quilibet sub vite & ficu securus dormire potuerit. Majus est hoc regni beneficium, quàm quod satis prædicari queat nec priùs intelligitur quàm amittatur. Zeror hammor pars. Schoph col 3. אלמלא מוראה הוי את רעהו חיים בלעו *nisi authoritas (publica) esset, vir proximum suum vivum deglutiret:* quod verissimum apophtegma cap. 3. Pirk. Afot CHananiæ Pontificis tribuitur, unà cũ hâc admonitione præfixâ הוי בתפלל בשלומה של מלכות *orans esto pro salute regni.* Quod verò Samuelem attinet, non is populum increpabat, quia Regem peterent, sed quia non legitimè peterent ut cordatus noster Maymonides prudenter explicat, Hal. Melach c 1. v. 3. מאחר שהקנסת מלך מצוה לסה לא רצה הקבה כשנאלו מלך כשמואל לפי ששאלו בתרעומת ולא שאלו לקיים המצוה אלא מפני שקצו בשמואל הנביא שנ׳ כי לא אותך מאסו כי אותי מאסו : *Postquam constituitio Regis præcepta, cur noluit DEVS O. M. cum rogarent regem à Samuele: quia rogarunt ex indignâ murmuratione, neque ut satis facerent mandato, sed quoniam fastidiebant Samuelem prophetam, sicut dicitur* (1 *Sam.* 8. *v.* 7.) *non te sed me reprobarunt.*

Discrepant quidem in eo Rabini, quænã fuerit præcipua culpa populi: núm quòd DEO diffisi? an Judicum pertæsi Samuelem spreverint? vel quòd desiderarint talem rationem status, qualis inter gentes? aut quòd ad religionis mutationem petierint? sed in eo satis consentiunt, aberrasse tantùm in formâ, non jure petendi. R. Dav-Kimchi s h. l. בדברי רבותינו ל מהלוקת סהם אסרן לסה נענשו על שהקדימו ככל הגוים ומהם אסרו לא בקשו להם מלך אלא להעבידם עז. ומהם אסרו זקנים שבהם כהנן שאלו שנ׳ שימה עלינו מלך לשפטנו ועמי הארץ שבהם קלקלו שנ׳ והיינו גם אנחנו ככל הגוים : *est in verbo Magistrorum nostrorum p. m. dissensio: sunt qui dicunt ideo multatos esse, quod præfici voluerunt*

runt sicut omnes gentiles: alii, quòd postulaverint regem ad colendum idola: nonnulli, quòd seniores quidem rogarint ut decreverit. sicut dicitur (vers. 5.) impone nobis Regem, qui judicet nos; at vulgus è fece plebis præverint (scil. consuetum modum gubernandi.) ut dicitur (vers. 20.) simus et iam nos ut cetera gentes. Et paulo anterius: כי אילו אמרו תנה לנו מלך שישפטנו כישר ובאמונה לא היה הדבר רע בעיני שמואל שהרי הכתיב ויתפלל שמואל אל יי׳ ויאמר יי׳ אל שמואל שמע בקול העם לכל אשר יאמרו אליך כי לא אותך מאסו כי אם אותי מאסו מלמלך עליהם. אבל מה שאמרו שנלך ונהיה כשאר העמים ומלכנו ישפוט אותנו ויצא לפנינו ונלחם מלחמותינו הוא שמאסו בי׳ ועבדו עבודת כוכבים ומזלות כמו שעשו העמים. ועל זה אמר להם שמואל כי לא אותך מאסו כי אם אותי מאסו מלמלך עליהם. *Ecce in hoc errarunt, quod Israelitarum conditio non est, ut judicet eos Rex aliquis pro suâ voluntate, ut imperatores gentilium, qui sanciunt populi sui leges, quascunq; animi concipiunt.*

כי אילו אמרו תנה לנו מלך שישפטנו כישר ובאמונה לא היה הדבר רע בעיני שמואל שהרי הכתיב ויתפלל שמואל אל יי׳ ויאמר יי׳ אל שמואל שמע בקול העם לכל אשר יאמרו אליך כי לא אותך מאסו כי אם אותי מאסו מלמלך עליהם. אבל מה שאמרו שנלך ונהיה כשאר העמים ומלכנו ישפוט אותנו ויצא לפנינו ונלחם מלחמותינו הוא שמאסו בי׳ ועבדו עבודת כוכבים ומזלות כמו שעשו העמים. ועל זה אמר להם שמואל כי לא אותך מאסו כי אם אותי מאסו מלמלך עליהם.

Theor. II.

Jus elegendi competebat Prophetis & Synedrio magno: qui & oraculum consulebant.

STatus regni Judaici non absolutè Monarchicus erat, sed cum Aristocratico mixtus. Habebant enim Jerosolymis præter Regem Senatum quoque magnum, unius & septuaginta virorum, sine cujus assensu Rex in gravioribus causis nihil poterat decernere. Hujus Synedrii rationem aliàs, DEO volente, peculiari libro plenius describam, quia scitu dignissima est: nunc verò quantum ad præsentem

institutum sufficit, pauca inde delibabo. Institutum erat ab ipso Mose justu Dei; & habebat duos præsides, quorum unus ratione potestatis, dignitatis & sapientiæ, alter ætatis merito collegis præfuerat. de quibus Moses noster Ægyptius Hal Sanhedr cap. 1. v 3 & seqq. mihi Tom. 2. pag. 733. b. בית דין הגדול במקדש והוא הנקרא סנהדרין ונדולה וסניינן אחד ושבעים שנ׳ אספה לי ע׳ איש מזקני ישראל ומשה על גביהן שנ׳ והתיצבו שם עמך הרי ע׳א . הגדול בחכמה שבכולן מושיבין אותו ראש עליהן והוא ראש הישיבה והוא שקורין אותו החכמים נשיא בכל מקום והוא העומד תחת משה רבינו ומושיבין הגדול שבשבעים משנה לראש וישב מימינו והוא הנקרא אב בד ושאר השבעים ישבין לפני שניהם כפי מעלתם כל הגדול מחברו בחכמה יהיה קרוב לנשיא משמאלו יותר מחברו. והם ישבין בכמו חצי נרן בעיגל כדי שיהיה הנשיא עם אב בית דין רואים כולם : *Senatus major in Sanctuario erat* (in LISKAT HAGGAZIT seu conclavi lapideo, quod in AZARA seu Atrio profano populi; ut infra cap. 14. explicat) *& vocabatur Sanhedrin magnum* (voce à Græco συνεδρίῳ deflexâ, cujus etiam mentionem facit Christus Matth. 5. v. 22.) *Numerus illorum erat LXXI. sicut dicitur* (*Num.* 11. *v.* 16.) *congrega mihi 70. viros de senibus Israël* (*vers. seq. separabo de spiritu tuo, & communicabo ipsis*) *His Mose præfuerat, sicut dicitur:* (*eod. textu*) *& stabunt ibi tecum. Ecce in summa* וז׳! *Qui grandior sapientiâ, cæteros omnes antecellebat, eum faciebant Præsidem seu caput consessus. Is ipsus est, quem eruditi ubiq; terrarum appellant NASI h. e. Principem, ùq; præest loco Mosis Magistri nostri. At qui inter septuaginta Senatores, annorum ratione natu maximus erat, eum collocabant à dextris illius, vocabantq; ABH BETH-DIN h. e. Patrem consistorii. Cæteri 69 sedebant ordine promotionis & dignitatis suæ; quo quisq; major in sapientiâ quàm collega suus, eò locabatur propius ad sinistram Principis. Circum sidebant autem dimidiam quasi aream semicirculariter, ut eos ambo Præsides Princeps & pater, omnes simul in conspectu haberent.* Conveniebant ibi quotidie, sed diebus Sabbathinis in Synagogâ montis, & considebant à mane ad vesperam continuè. si quis autem necessario impedimento emanebat vel avocaretur, licebat abesse vel abire, sic tamen nè collegarum numerus plus justo minueretur, hoc est, minus tertiâ parte supereresset. Init. cap. 3. עד איסתי ישבין הדיינים בדין סנהדרין קטנה ובית דין של שלשה ישבין מאחר תפלת השחר עד סוף שש שעות ביום . אבל בית דין הגדול היו ישבין מתמיד של שחר עד תמיד של בין הערבים . ובשבתות וימים טובים היו ישבין בבית המדרש שבהר הבית : אין בית דין של ע׳א צריכין שהיו ישבין כולן כאחר במקומן שבמקדש אלא בעת שיהו צריכין להתקבץ מתקבצין כולן ובשאר העתות כל מי שהיה לו עסק יצא לעשות חפצו וחוזר והוה שלא יפחתו משלשה ועשרים ישבים תמיד כל זמן ישיבתן הוצרך אחד מהן לצאת הרי

הרי זה מסתכל בחבריו הנשארים אם ישארו שם כ"ג יצא ואם לאו לא יצא עד שיבא אחר *quamdiu sedent Iudices in Synedrio parvo? (qualia insuper Ierosolymis bina erant, unum in portâ Esdræ, alterum in Montis porta) & in collegio triumvirorum? (qualia passim in minoribus civitatibus) à presbitis matutinis ad finem horæ sextæ (quæ nostro meridiei respondet) At senatus magnus considebat à sacrificio jugi matutino, ad juge vespertinum, (quibus horis quotidie duo agni mactabantur, Exod. 29. v. 39. scilicet prior ante Solis ortum, posterior circa horam nonam, nostram verò tertiam pomeridianam, quando jam umbræ prolongari occipiunt. Hal. Temidin. cap. 1. p. 467. b.) Diebus Sabbathinis item festivis conveniebant in auditorio quod erat in monte templi (ubi tunc lex Mosaica prælegebatur. Act. 15. 21.) non necesse est ut LXXI. senatores in sanctuario semper omnes ad unum præsto sint, nisi quando rei gravitas omnium præsentiam requirit: aliàs cuicunq; negotium est, exit & vacat suis rebus atq; revertitur; sic tamen nè pauciores viginti tribus continuò assideant. Itaq; si cui exire opus est, dinumerat ante suos collegas, si XXIII. supersunt egreditur, sin minus, expectat dum redeat alter.* Senatus ille magnus cognoscebat præcipuè tantùm de rebus magnis, religionem & rempubl. attinentibus, v. g. de controversiis legalibus, anno intercalari, Pseudoprophetis, Apostatis, excommunicandis; de rege, bello, fœderibus, legatis, vectigalibus, publicis ædificiis magistratibus inferioribus &c. quas è cap. 1. Massicht Sanh. cap. 1. Mass. Schesuos capp. 8. & 9. M. Sotah & plurib. locis Talmud. collegit Maymonid. init. c. 5. p. 715. a.

אין מעמידין מלך
אלא על פי בית דין של ע"א ואין עושין סנהדרי קטנה לכל שבט ולכל
עיר ועיר אלא על פי בית דין של ע"א ואין דנין לא את השבט שהודח כולו
ולא את נביא השקר ולא את כהן גדול בדיני נפשות אלא בבית דין הגדול:
אבל דיני ממונות בשלשה: וכן אין עושין וקן סטרה ולא עושין עיר הנדחת
ולא משקין את הסוטה אלא בבית דין הגדול. ואין מוסיפין על העיר ועל
העזרות ולא מוציאין למלחמת הרשות ולסדידת החלל אלא על פי בית דין
הגדול שנ' כל הדבר הגדול יביאו אליך: אין דנין דיני נפשות בפחות מכ"ג
שהן סנהדרי קטנה בין דיני נפשות אדם בין דיני נפשות בהמה כגון שור הנסקל
או בהמה נרבעת: וכו'

non constituunt regem, nisi de sententiâ Synedrii M. 71. votorum; non ordinant judicia minora singularum tribuum vel urbium, nisi ex eorundem 71. ore: non damnant totam tribum expellendam, nec prophetam mendacem, nec pontificem capitali supplicio, nisi in eodem senatu magno. At pecuniaria res à tribus judicantur, non verò declarant senem rebellem, nec evertunt civitatem apostaticam, (Deut. 13. v. 13.) nec potant adulterii suspectam (aquis amaris Num. 5. v. 19.) nec ampliant ullum aus atria, nec egrediuntur in bellum potestatis (de quo infr. Theor. XXVIII.) aut ut metiantur situm occisi, (in confinibus reperti, Deut. 21. 2.) nisi de

voluntate Consistorii sæpè memorati, sicut dicitur (Exod 18.22.) quicquid magnum est adducant ad te. Capitalia non judicant inter pauciores quàm viginti tres, quot nempe sunt in Synedriis parvis, sive animam hominis seu bestiæ tantùm attineat, v. g. si bos lapidandus (Exod. 21. v. 28.) aut jumentum subactum (Lev. 20. 16.) &c. Propter votorum libertatem, non admittebatur Rex in collegium senatus, (excepto Davide) at Pontifices & Prophetæ, cæteris paribus, recipiebantur. Idem c. 2. v. 4. אין מושיבין מלך ישראל בסנהדרין שאסור לחלוק עליו ולמרות את דבריו, אבל מושיבין כהן גדול אם היה ראוי בחכמה: *non cooptant regem Israël in Synedrium, (secus quàm existimat Zepperus in LL Mosaic.) quia nefas est ab ipso dissentire & contradicere verbis illius. at suscipiunt Sacerdotem maximum, si modo dignus vel idoneus est quà sapientiam.* Et in præfat. totius operis statim pag. 2. nominatim recensentur plurimi Prophetæ, qui Synedrio aut assederint aut præsederint, ut Moses, Josua, Samuel, Achias Silonites, (longævus ille, qui aliquot secula vixit, scil. ab Amram ad Eliam usque. *Seder olam fin. cap.* 1) ipse Elias, cum discipulo Elisa, Amos, Hoseas, Esaias, Micha, Joël, Nahum, Habakuk, Zephanias, Jeremias, Baruch, omnes hoc ipso successionis ordine. Item quinam Esdræ sacerdotis collegæ fuerint in illa celeberrima כנסת הגדולה *Synagogâ magnâ*, nempe Haggæus, Zacharias, Malachias, Daniel, Chanania, Misaël, Azaria, Nehemia, Mardochai, Zerubabel, plurésque alii succenturiati ad CXX. usque, quorum postremus Simeon ille justus, fatente Luthero in Chron. collector Talmudi, quem Syracid. laudat cap. 50. postea Antigonus Sochæus, Jose ben Joæzer, Josua f. Perachiæ, Abtalion prosolytus, Hillel vivax, cum æmulo Schammai, eruditus R. Jochanan f. Zachæi; & alii plures, quorum Apophtegmata & nomina passim in *Pirk. Afot.* è quibus etiam æquus ille Gamaliel, Act. 5. v. 34. Penes hos igitur facultas erat eligendi Reges, ut Maym. testatur Hal. Mel. c. 1. v. 4. אין מעמידין מלך בהחלה אלא על פי כל של ע' זקנים ועל פי נביא. ויהושע שמינהו משה רבינו ובית דינו וכשאול ודוד שמינם שמואל הרמתי ובית דינו *non constituebant Regem initio (antequam res ad successionem deveniret) nisi de sententiâ judicii majoris 70. senum, & ex ore Prophetæ, sicut Josua, quem præfecit Doctor noster Moses unà cum collegis suis; & Saul atq; David, quos ordinarunt Samuel & socii senatores.*

Non hîc tacitè prætereundus est admirabilis modus, quem adhibuerunt olim. Neque enim simpliciter in talibus per usitatam votorum collectionem procedebant; multò minùs incertæ sorti vel auspiciis res tantas committebant, quomodo conjurati quondam Persæ Regem eligebant, per hinnitum equi, quem Darius de consilio callidi

lidi cujusdam servi facilè & memorabili strategemate procuravit, *ref. Iustino circ. fin. l. 1.* Ac in parilitate competitorum electiones etjamnum sortitione decernendas censet *Schönbornius lib. 2. Polit. c. 2.* Sed habebant Hebræi multò tutiorem modum, quo res dubias gravesque deciderent; nempe oraculum illud sacrum in pectorali Pontificis. de quo Aben-Ezra præceptum electionis Regiæ Deut. 17. 15. interpretatur, in glos. marg. sic notans: אשר יבחר על פי נביא או משפט האורים והתם *Quem elegerit DOMINVS* [*scilicet per os Prophetæ, vel indicio VRIM; adeoq; sensus est, non quem tutemet elegeris ipse.* Quale autem hoc oraculum fuerit olim, non quidem prorsus constat hodie, quia dudum, & cum captivitate Babylonic expiravit: referam tamen quid de eo prisci tradiderint, quia Latinis ignotiora esse video. URIM & THYMMIM utiq; non erant aliquod opus humanæ industriæ, sed artificii divini, quod è textu Exod. 28. 30. non malè probat Rab. Bechai in suo Biur-al-hatthora הזכירן בהא הידיעה ולא זכרן בשום מקום עד עתה כי לא מנאם עם יתר הכלים במלאכת האומנים שיאמר בהם ועשית את האורים וכו והנה זה ערות שלא היו מעשה חרש כי אם מעשה שמים. ונזכרו כלשון הישכן מקדם לגן עדן את הכרובים: *nominat ea cum He demonstrativo, nec meminerat in illo loco hactenus. non enim enumeravit cum reliquis vasibus in operibus artificum, ut dixerit. deillis, facias Vrim. &c. en hoc est testimonium, non fuisse opus fabrile sed cœleste. est locutio qualis in illo (Gen. 3. 24.) collocavit ad orientem paradisi Cherubim (quorum creationis antea non recordatur)* plerique opinantur fuisse characteres sacros, & mirificum DEI nomen. quod *Schem Hamphoraſch* appellant, divino digito insculptum. R. Salomo ad h. loc. הוא כתב שם המפורש שהיה נותני בתוך כפלי החשן *scriptum erat arcanum DEI nomen (quod 72. literis constasse creditur, prout versus 19. 20. 21. cap 14. Exod.) & insertum medietati duplicis pectoralis.* Huc quoque facit antiquissimum Targum Jonathæ, Judæis magni habitum & Paulo etiam nostro lectum, quod suprà dictum versum ita chaldaicè interpretatur: וְתִתֵּן בְּחוּשְׁנָא דְּדִינָא יָת אוּרִיָּא דְּמַגְּנָן טְמִירִין דְּבֵית יִשְׂרָאֵל וְיָת תּוּמַיָּא דְּמִשְׁלִימִין בְּעִיבְרֵי חֹן לְבַהֲנָא רַבָּא דִּתְבַע אוּלְפָּן מִן קֳדָם יְיָ בְּהֹן דְּבֵהֹן חֲסִיךְ וּמְפָרֵשׁ שְׁמָא רַבָּא וְקַדִּישָׁא דְּבִיד אַתְבְּרִין תְּלַת מְאָה וְעַשְׂרְתֵּי עַלְמִיָּא וְחָסִיךְ וּמְפָרֵשׁ בְּאַבְגַּד שִׁתִּין דְּבַח חָתָם מְאָרֵי עַלְמָא פּוּם תְּחוֹמָא דְּבָא מִן שִׁירְיָא דְּבַל מְאָן דְּמַדְבַּר חַחוּשָׁא שְׁמָא קַדִּישָׁא כְּשַׁעֲתָא אֲזִיקִי מִשְׁתַּזְּבִין וּטְמִירִין

דְּבִירִית מִגְלַח וְיחוּ עַל לֹבָא רְאַחֲרוֹן בְּזִמְנָן מְיִעְלִיחַ קְרֵם יְיָ

ponas in pectorale judicii LVCES quibus illuminentur verba illorum, & revelentur arcana domui Israël, atq; PERFECTIONES quæ perficiant opera Sacerdotis magni, quando rogat doctrinam à conspectu Domini per ea. Nam in eis sculptum & explicatum erat nomen illud magnum & sanctum, quo creati sunt trecenti & decem mundi (vel secula), sculptum inquam & expressum in lapide fundamentali, quo Dominus mundi obsignavit (vel obturavit) os abyssi magnæ (Gen. 1. 2. h.e mundum sin e fultro in magno mani firmavit) ab initio. Quicunq; pronunciat illud nomen sacrum in horâ gemitus, liberatur; & abscondita patefiunt. Hæc sunto super cor Aaronis, tempore quando comparet coram Domino. Absurda fortassis expositio nonnemini; sed quam ego, si cum grano salis, nec Judaicè accipiatur, minimè contemnerem: ob reverentiam vetustatis. Videamus verò Usum, & quâ ratione responsa dederit interrogantibus. Modus ille describitur in Masicht. Sota: sed dilucidius eum recensuit Rambamus Hal. Kele-hammikdasch, circ. fin. cap. ult. כיצד שואלין עסוק הכוהן ופניו לפני הארון והשואל מאחריו פניו לאחורי הכהן זאומר השיאל אעלה או לא אעלה ואינו שואל בקול רם ולא מהרהר בלבו אלא בקול נמוך כמי שמתפלל בינו לבין עצמו .ומיד רוח הקדש לובש את הכהן וכשיש בחושן והוא בו במראה הנבואה עלה או לא תעלה באותיות שבולטות מן החושן כנגד פניו והכהן משיבו ואומר לו עלה או לא תעלה . אין שואלין על שני דברים כאחד ואם שואל משיבין על הראשון בלבד ואין נשאלין בהן להדיוט אלא או למלך או לבית דין או למי שצורך הציבור בו שנ' ולפני אלעזר הכהן יעמיד : וגו *Quomodo consulunt? stat Pontifex facie suâ versus arcam, & consulens retro illum, vultu ad tergum sacerdotis directo, rogat, Ascendam né aut non ascendam? (exemplo tribus Judæ, Judic. 1. v. 1.) Non querit voce clarâ, nec fluctuat cogitationibus in mente suâ, sed utitur voce submissâ, ac si quis oraret secum ipse solus. Confestim Spiritus sacer induit Pontificem, (ex 2. Paralip 24. 20.) respicientem ad pectorale, in quo cernit per visionem propheticam; Ascende, aut non ascende: dum litera promicant è pectorali adversus faciem suam. tunc respondet Sacerdos. Abi vel non abi. Nunquam scisciantur de duabus rebus simul, aut si quis sciscitaretur, acciperet responsionem ad primam tantùm. (neq; enim ambiguum est hoc oraculum, ut tripus Apollinis Delphici.) Non consulunt hic Idiotæ, sed aut Rex, aut senatus, aut is quo Respub. indiget. sicut dicitur (Num. 27. 21.) coram Eleazaro sacerdote stabit (Iosua, & interrogabit per judicium Vrim. &c.)* Nondum tamen hinc satis constat, quomodo responsa vel affirmativa vel negativa reddiderit hoc oraculum. Certum est non auditam esse vocem: nam is modus בת קול peculiaris fuit. nec per aures futura cognovit Pontifex, auscultando; sed cernendo, per oculo-

rum sensus. Dei mentem accepit. & in hoc benè conveniunt antiqui, visas & fuisse litteras, quas in vocem significativam colligere debuerit. ubi vero Alphabethum? in hoc variant. pletique id quærunt in gemmis pectoralis. quoniam ei nomina duodecim tribuum, arte sculptoriâ incisa fuisse memorantur, Exod. 28. v. 21. ad quem textum R. Bechai sic: דין שמות קדושים מבחם ידע הכהן העתיד וישמיע לכל שיאל הבאות. והשמות האלא שני חלקים האחר מכחם יאירו אותיות השבטים הקבועים בשבני החשן והם הנקראים אורים בהיותם מאירים לעיני הכהן והשני מכחם יבא בלב הכהן שיודע להצמיר ולחבר האותיות ולהוציא התיבה מהם כדי שיהא מכוין בתשובת השאלה *erant nomina sancta, de quorum virtute novit Sacerdos futura, & patefecit ventura roganti. Nomina illa fuerunt in duplici diferimine: uno, quod facultate suâ illuminabant literas tribuum infixas lapidibus pectoralis, unde dicebantur* VRIM, *h. e. luces, quod allucerent oculos Pontificis: altero, quòd illorum arcanâ qualitate veniret in cor Sacerdotis, ut nosset combinare, & associare literas, dum conficeret dictionem ex illis, quæ apta esset pro responsione ad interrogata.* Mihi verò id non est verisimile. quia duodecim Patriarcharum nomina ראובן שמעון לוי יהודה יששכר זבולון נפתלי דן גד אשר יהוסף בנימין non totum Alphabethum exhauriunt; sed deficiunt literæ חטצק item tres finales ךמץ quarum tamen jactura tolerabilior (vicissim nomini Joseph HE ex nomine divino insertum, ut in universum sint quinquaginta literæ. Maym. cap. præc. 9. hal. f. citat.) Itaque non omnia significari, v. g. nomen יצחק *Isaac* ostendi non potuisset. Proinde malo cum R. Abrah. Seba in suo Zer. ham. f. h. l. credere כי שאלת הכהן היתה נודעת באותיות שבולטות באבנים שהיו מאירות או היו השורות ועל זה נקראו אורים שמאירים ותומים שמשלימים האותיות: *quod petitio Sacerdotis fuerit significata per literas promicantes è lapidibus, qui aut illuminabantur, aut obscurabantur; unde dicta sint luces quæ luxerint, & perfectiones quæ perfecerint literas.* hoc est, ipsa configuratio gemmarum illuminatarum inter opacas, spectem literarum exhibuerit. quomodo scilicet obsessi solent aliquando statum urbis, artificii conscio & eminus spectanti socio, per candelas variè sublatas noctu significare. de quo augustissimus *Gustavus Selenus in Steganographiâ.* Hanc conjecturam confirmat etiam arcana quædam scriptura Cabalistarum, quam כתיבת השמים *cœlestem* vocant, & proximè ad istam accedit. nec temerè jussus est Moses, Exod. 28. 17. illas duodecim gemmas in quatuor ternarios disponere, ut nempe vario lucidorum punctorum situ, literas omnes etiam finales repræsentare possint, in hunc vel similem modum:



unde natas esse puto Geomanticas figuras, ex situ projectilii, nescio majori impietate dicam an vanitate, à curiosis hominibus elicitas.

Lucrum Damnum Lætitia Tristia Fortuna major Fortuna minor Albus Rubeus

Soletenim infernalis ille Simius, ut superstitionibus irretiat incautos, magnalia Dei æmulari, & quod proverbialiter dicunt, juxta templum Domini fana suapassim extruere. Hoc oraculum diu quidem in Dei populo duravit, non tamen semper & omnibus pro lubitu suo respondit: unde Saul repulsam passus, tandem è Sagi scisitatus legitur. 1. Sam. 28. v. 6. *Consulit Saul Dominum, sed non respondit ei nec per somnia, neq; per* VRIM, *neq; per Prophetas. tunc dixit, quærite mihi mulierem peritam Pythonicæ artis, &c. quæ à Rabinis uxor cujusdam Zephaniæ, & Abneris capitanei mater fuisse traditur; atq; præterverum Samuelem Mosen quoq; excitasse. Magistratuum habitu, quo sepulti fuerint, comparentes. ac præter morem ejusmodi spectrorum, non capitibus sed pedibus insistentes, verùm trepidos quod se jam ad judicium evocari metuerent; quos ipsa Pythonissa tantùm viderit, Saul tantùm audiverit, comites verò Abner & Amasa prorsus non senserint. quæ proluxius nunc afferre, alienum esset.* In secundo templo defecit hoc oraculum, & quamvis Pontifex

ifex etiam tunc splendidissimè vestiebatur, (quod ex Josephi libb. antiqq. præsertim Alexandri historiâ constat) tamen usum pectoralis hujus minimè habebat, quod veteres unanimiter fatentur. Raschiad Esdr c. 2. v. 63. בגיטין בפרק ראשון של יומא שהיה בית שני חסר תומים ואורים *invenimus in capite primo libri Ioma, quòd domus secunda destituta fuerit oraculo Vrim & Tymmim.* Ab. Ezra ibid. האורים שעשה משה נגנזו ולא נעשו עוד אחרים תחתם *Vrim quæ instituerat Moses recondita sunt, neq; substituta hactenus alia pro illis.* erat hæc jactura communis cum aliis quatuor rebus pretiosissimis, R. D. Kimch. ad Hagg. 1. v. 8. חמשה דברים חסרו בבית שני ארון ואורים ותומים ואש והעליונה ושכינה ורוח הקדש: *quinq. res desiderabantur in domo posteriori, Arca, (fœderis, cum inclusis tabulis Decalogi, urnâ manna & baculo Aaronis reflorescente. Hebr. 9. v. 4.) Vrim Tymmim q, Ignis superior (vel sacer, ad differentiam alieni seu profani, Lev. 10. v. 1. qui primùm cœlo delapsus, fovebatur continuè, usq, ad captiv. Babylonicam, sub dio nullis unquam imbribus extinctus, Pirk. Af. c. 5.) habitatio divina (præsentium suam sensibiliter demonstrans, ut olim nube vel ignis columnâ) Spiritus sacer (qui Prophetas integris sensibus afflabat, non per obscuras visiones.* Quod interpretes Hebræi ad vocem illius textus אֶכָּבֵד *honorabor* notant, non ut inde probent, (quod pius quidam vir imperitè suspicatur & inde Rabinos prætermeritum exagitat) sed ut rei notissimæ & alibi probatæ, suo more סימן *symbolum* memoriale, in recordationis facilioris subsidium pararent. Restitutionem hujus Urim, Judæi adhuc dum expectant, è d. l. Esdræ & repetito Nehem. 7. v. 65. *ubi promittitur Sacerdos cum Vrim & Tymmim, qui familiarum discrimina sit indicaturus, & omninò nondum surrexerit.* R. Sal. de ימות המשיח *diebus Messiæ* accipit: nobis fortè non ineptum est diu speratæ conversionis ipsorum argumentum. Ignoscat benevolus lector, quod electionis occasione longius huc digressus sum: nunc in regiam viam redibo.

Theor. III.

Prohibebantur eligere Fœminam, Extraneum, Cerdonem.

AD tria potissimum in electione Regis respicere debuerunt, Sexum, Patriam seu Natales & genus vitæ. de quibus nunc distincte: Sexus privilegio tantùm admittebantur mares ad imperium,

non verò fœminæ Maym. hal. Melach c. 1. v. 6. אין מעמידין אשה במלכות שנ׳ עליך מלך ולא מלכה וכן כל משיטות שבישראל אין ממנים מהם אלא איש *non collocant Mulierem in regno, quia dicitur (Deut. 17. 15.) super te Regem, neq; (scriptum est) Reginam. sic & in omnibus præfecturis Israëliticis, non constituunt nisi viros.* Talis etiam, referente Cl. Dn. Berneggero in notis ad cap. 22 Suet. lex est Gallorum Salica, *vetans regnum à lanceâ transire ad colum.* Ubi quoque repetit è Tacito, de Sitonibus gente quondam Suevicâ, qui fœmineo imperio colla submiserint, *degenerasse illos non modò à libertate, sed & ab ipsa servitute*: nam qui Regibus serviunt, serviunt viris; at qui fœminis, parent iis quibus natura virtutes imperatorias negavit: paucæ enim sunt, quæ virilibus curis vitia fœminarum exuant, & Amazonum res fortiter gestas non credit Strabo. ablegat verò Salomon Prov 31. *mulieres ad telam non telum.* ut idem in Coroll. ejusd. c. 22. scitè notavit. Quod ipsum Nob. & Amplisſ. Dn. D. *Lanſius* fautor meus magnus, cum mihi hæc scribendi ex insperatò superveniret, & occupatiunculas meas amicè sustraret, tali epigrammate ἀνθοκεδίως expressit, arguto sanè, & quod authorem ultrò prodat, proinde inseri utique dignissimum censeo.

Apta quidem tela, sed inepta est fœmina telo:
Indignumq; viro, subdere colla colo.

Audiatur itaque illud Aristotelis, Ἧπ ἄρξιν Φύσει τῷ θήλει ἡγεμονικὸν πρὸς, *Masculum naturâ præ Fœmineo esse Imperatorium.* Quod verò 2. Reg 11. v. 1. Atthalia mater Achaziæ, filio succeſſisse legitur, & regno Judæ septem annis præfuisse, recordandum est feciſſe hoc non de jure sed facto, & invasisse imperium tyrannicâ vi, semine regio usque ad unum Joasum crudeliter interempto; qui minorennis adhuc in templo interea delituit.

Alterum erat de patriâ nè alienigenam eligerent, sed domi natum adeoque fratrem. Maym. v. præc. c. אין ממעמידין מלך מקהל גרים אפילו אחר כמה דורות עד שתקיה אמו מישראל שנ׳ לא תוכל לתת עליך איש נכרי אשר לא אחיך הוא. ולא למלכות בלבד אלא לכל שרורת שבישראל לא שר צבא לא שר חמשים או שר עשרה אפילו ממנה על אמת המים שמחלק ממנה לשדות ואין צריך לומר דיין או נשיא שלא יהא אלא מישראל שנ׳ מקרב אחיך תשים עליך מלך כל משיטות שאתה משים לא יהי אלא מקרב אחיך: *non constituunt Regem è cœtu proselytorum, etiam post plurimas generationes, usq; dum mater sit ex Israële. sicut dicitur (Deut. 17. 15.) non poteris dare super te virum alienigenam, qui non sit frater tuus. Neq; in regno tantùm, sed & in omni potestate Israëliticâ; non Principem exercitus, non Capitaneum supra quingentos, nec Decurionem. imò nè*

Præ-

Præfectum quidem aquarum fideliter distribuendarum. Dicere nil attinet Judicem aut Præsidem; quoniam non nisi ex Israële sunto. (*eod. vers.*) *è medio fratrum tuorum ponespuper te Regem. sic etiam omnes præfectura, quas tu ordinas, non sunto nisi è medio tuo fratrum.* De Edomitis posset hoc loco dubitari, an ex illis regem eligere liceat, quia in scripturâ Fratres Israëlitarum nominantur, Deut. 2. v. 4. *transitis per terminum fratrum vestrorum filiorum Esau habitantium in Seir, ipsi timebunt à vobis, ideò cavete valdè, nè provocetis eos, quia vobis nihil quicquam dabo de terra illorum, nè quidem quantum vola pedis tegit: Esavo enim in hereditatem dedi montem illum. &c.* ac certè originis ratione fratres sunt, nam descendunt ab Esau, uterino & congemello Jacobi, qui propter coctas lentes, quibus primò genituram suam vendidit, appellatus fuit אדום *Edom h. e. rufus* Gen. 25. 30. Sed fuerunt infidi fratres, & negarunt Israëlitis commeatum. Num. 20. 18. *dicentes, noli per meas regiones transire, nè fortè cum gladio tibi occurram.* unde Judæi Christianos hodie, inter quos difficulter habitant, Edomæos, ingratè tamen vocant. Ideò negat R. Abrah. Aben-Ezra ex illis Regem eligi potuisse, Comm. ad Deut. 17. דרך האמת לא אחיך שאננו משפחת ישראל ולא אדמי אף על פי שכתוב בו אחיך *secundum veritatem non est frater tuus, qui non sit de familiis Israël. Nè quidem Edomita, quamvis scriptura eos vocet fratres tuos.* De Herode utrum Judæus fuerit an Proselytus Ascalonita, vide disputantem Casaub. Exerc. ad Bar. 1. circ. fin. n. 2. Existimant quidem Politicorum aliqui, prodesse inter tum Reipubl. si extraneus Rex suarum virium conjunctione illam augeat, quin afferunt exempla, ubi res à peregrinis non malè administrata fuerit; sed populo Dei exoticum imperium fuit omninò fatale, atque πανολεθρίας extremæ occasio. prætereà dudum promiserat oraculum Genes. 49. 10. *non recessurum sceptrum à Juda. &c.*

Ultimum quod in regibus suis spectabant Israëlitæ, vitæ genus erat nè quis è sutrina vel obscuro loco alio, ascenderet ad regalis thronifastigium. Quo observasse dupliciter intererat, ratione sui, nè in vili arte sordido ingenium servile contraxerit: & ratione aliorum, ut à populari contemptu vindicaretur. Moses noster Ægypt ibid. v. 19. ואין מעמידין מלך ולא כהן גדול לא קצב ולא ספר ולא בלן ולא נגדי ולא בורסי לא ספני שהן ממלין אלא הראיל ואיטניתן נקלה העם בזולום בהן לעולם ומשיעשה כמלאכה מאלו ים אחד נפסל *non eligunt Regem vel Pontificem qui fuerit lanius, aut tonsor, aut balneator, aut textor, aut coriarius: non quod tales profani sint,* ohnreflich/ *sed quia eorum artificia vilia, populus contemnit semper. Si vel unica die laboraverit in ejusmodi opificio, in idoneus est.* Sentiunt & aliâ. Judæi parùm honorificè de cer-

donibus; credo quia per diuturna exilia ocio jam assueverunt, & pigris usuris faginantur. Talmud. circ fin. lib. Kidduschin, pag 81.a.

ר' מאיר אומ' לעולם ילמד אדם את בנו אומנות נקיה וקלה ויתפלל למי שהעושר והנכסים שלו שאין אומנות שאין בה עניות הכל לפי זכותו (פי' לפי סולו דבני וחיי ומזוני לאו בזכותא תליא מלתא אלא במזלא תליא מילתא) ר' שמעון בן אלעזר אומ' ראית מיקיר חיה ועוף שיש להם אומנות והן כתפרנסין שלא בצער והלא לא נבראו אלא לשמשני, אבא גוזיין איש צדיק אומ' משום אבא גוריא לא ילמד אדם את בנו המר ונמל קדר ספן (פי' כל אילו אומנות לסטיות כשלנין בדרכים הם נכנסים ולוקטים עצים מן הכרמים נפרות ועור שנשכרים לאדם ומעבירין על תנאם) רועה (בהמות שלו שמעבירין לרעות בשדה אחרים) וחניני (סלומר בהונאה להטיל מים בין וצרורות בחטין) ר' יהודה אומ' משמו החמרין רובן רשעים (מפני לסטיות) והגמלים רובן כשרים (שפרדיהן למקום נידודי חיות ויראים לנפשם) הספנים רובן חסידים (שפרשין למקום הסכנה ותסיר הם בנדעה) טוב שברופאים לגיהנם (אינו ירא מן התולי ומאכלו כאכל בריאים ואינו משבר לבו למקים ופעמים שהורג נפשות ויש בידו לרפאות העני ואינו מרפא) והכשר שבטבחים שותפו של עמלק (סמיקי טריפות באות לידי וחס על ממונו ומאכילן) ר' נהוראי אומר מניח אני כל אומנות שבעולם ואיני מלמד את בני אלא תורה שאדם אוכל משכרה בעולם הזה וקרן קיימת לעולם הבא ושאר כל אומנות אינן כן כשאדם בא לידי חולי או לידי זקנה או לידי יסורין ואינו יכול לעסוק במלאכתו הרי הוא מת ברעב אבל התורה נותנת לא אחרית תקוה בנעורתו ובזקנתו. וכו'.

תנו רבנן כל שעסקו עם הנשים סורר רע כגון הצורפים (עושין לנשים נזמים וטבעות) והסריסים (סורקי נגדים לנשים) והנקורות (מנקרי ריחים של יד שנשים טוחנות בהם) והרוכלין (סוכרין קשוטי בשמים) והגרדיים והספרין והכובסים והגרע (אומן הסקיו דם) והבלן (מחמם סרחצאות) והטרסקי (מעבד להם עורות ללבוש ולנעול) אין מעמידין מהם לא מלך ולא כהן גדול מאי טעמא לא משום דפסולי אלא משום דזיל אומנתיהון. תנו רבנן עשרה דברים נאמרו בערב מהלך על צידו ורותו נסה ונתלה יושב ואינו יושב (שלשתן סימני נאוה) ועינו צרה ועינו רעה (בסמוטו להוציא בלום) אוכל הרבה (אצל הסקיזין) ומוציא קיסמה (מתוך שמאכלו יפה בלחם נקי ובשר שמן שממעיין את הזבל שכל אדם מפין לסעודת הקוה מאכל בריאה) וחשוד על הערוות מתוך שהנשים צריכות לו ועסקו עמהן) ועל הגזל ועל שפיכות דמים. תניא אשרי מי שראוי הדיו באומנות מעולה אוי לו למי שראוי בפנטמה אשרי מי שאומנתו בסם ואוי לו שבורסקי אשרי שבניו זכרים אוי למי נקבות. ר' שמעון בן אלעזר אומ' מימי לא ראיתי צבי קייץ (מייבש קציעות בשדה) ואורי סבל ושועל הנוני. כל אומנות אין עסודות אלא בימי ילדות: *Rabi Meir ait, semper homo doceat filios suos opificium mundum & facile, atq; exoret tales (Magistros) quibus opes & facultates sunt. nullum enim reperitur artificium, ubi non etiam pauperes sint; cum tamen pro cujusvis merito (R. Sal.*

Sal. Iarchi in Gloss. marginali corrigit: pro fortunâ. nam filios, longævitatem, & cibaria. non à dignitate vel meritis dependere, sed á felici sidere) R. Simeon filius Eleazar inquit, vidisti né ullis diebus tuis bestiam vel avem, quæ tenuerit artificium aliquod, & tamen aluntur, neq; difficulter, cum labore, quamvis creatæ sint ut serviant nobis. Abba Gorin vir Zidonius ait, nomine patris Goriæ: non doceat homo filium suum ut sit Agaso, Camelarius, Carbonarius, Nauta (*Gloss. omnes enim illi sunt latrones, quamvis pernoctent in viis, tamen detexcunt, colligunt ligna sua è vineis atque fructiferis arboribus, etiam quando mercede serviunt cuipiam, transeunt per ejus fines*) Pastor (*pecudum; quæ abigit in campos alienos*) Caupo (*deditus lucro, miscens aquâ vinum, & concisis stramentis triticum*) R. Iehuda inquit, ejusdem nomine: Agasones plerique sunt maligni (*propter latrocinia*) Camelarii ut plurimùm probi (*quia diffunduntur ferè in desertis locis, ubi sunt agmina bestiarum, & timent sibi*) Nauta sunt plerunq; pii (*quia versantur in perpetuo periculo tremula concussionis*) Optimus inter Medicastros ad Gehennam. (*Gloss. non enim metuit à morbis, vescitur lautè, nec confringit cor suum DEO, aliquando etiam interficit homines, quando pauperes, quod posset, non sanat*) Præstantissimus inter Lanios socius est Amalek (*quos odisse & ad internecionem usque persequi jubentur. Num. 25. ult. his assimilantur lanii; quia morticinia de quibus dubitatur, an à feris discerpta sint, sinantiscantur vendunt, ut pecuniam lucrifiant*) Rabi Nehorai dicit; ego intermitto cuncta opificia mundi, & doceo filios meos solam legem, de cujus mercede homo edit in hoc seculo, & cornu ejus crescit in futurum. Non sic ulla opificia cætera. quando quis ægrotat, vel consenescit, vel captivus detinetur, nequit labori suo vacare, sicq; contabescit fame: at legis studium etiam in extremo benè sperare jubet, solatur in juventute & senectâ. Docent Rabini nostri, quicunq; opifices commercium habent cum mulieribus, recedunt à bono ad malum. verbi gratia Aurifices (qui conflãt ipsis inaures & annulos) pectinatores (qui plicãt vestes fœmineas) Fossores (qui effodiunt lapides trusatiles, quibus mulieres molunt) Mercatores (qui vendunt fucum & aromata preciosa) Textores, Scarificatores, Tonsores, Lavatores, & Chirurgus (qui venas secat sanguinem emittens) Balneator (*calefaciens lavacra*) Coriarius (*parans ipsis pelles ad vestiendum & calceandum*) *non eligunt ex illis REGEM nec Sacerdotem magnum. Qua de causâ? non quòd reprobati sint ipsi, sed quia vile est opificium eorum.* Trandunt nostri Doctores decem dicteria de Chirurgo: incedit latè aliter (*corpore non prono, sed ad coxas detorto, ut equi generosiores*) spiritus alit sublimes, suspensus aspidet (*non plenâ mole dorsi; quæ tria sunt superbiæ signa*) oculos coarctat. h. e. torvum tuetur, invidus est (*si quicquam nummorum erogare debet*) vorat multùm (*apud*

phlebotomiâ usos (egerit parùm) quia vescitur cibis bonæ nutritionis, panè similagineo & carne pinguiori, quæ minuunt sinum. [cum veniâ Lectoris verto quidquid est in Hebræo] solent enim convivia post venæ sectionē esse opportuna) suspectus est obscœnitatis (dum mulieres curat, quæ ipso indigent) & furiositatis, & homicidii. Traditio. Beatus qui cernit liberos suos in officio surgentes; væ autem illi, qui videt in obsolescente. Felix cujus artificium suavolens; miser cujus fœtet ut pellionum. Bene Picujus filii masculi; væ autem cui fœmellæ! R Simeon f. Eleazar ait: à diebus meis nunquam vidi Capream apricantem (torrentem ficus in campo) aut Leonem bajulantem, aut vulpem caponantem. hæc tamen tunicæ in juventute decent. Non igitur his sordibus contaminari Rex debet quas etiam liberæ animantes, naturâ duce dedignantur. Arcent nostra jura cerdones à dignitatibus. *nè quis è negociatoribus vel monetariis, abjectiq; officiis, vel deformibus ministeriis, aliquâ frui dignitate pertenter; indè si quis meruerit, repellatur.* l. 6. Cod de Dignit *Negociatores ne militent*, peculiari Titulo Codicis. *Trapezitas, gemmarum argentiq; vestimve venditores, apothecarios etiam, cæterosq; institores aliarum mercium, quibuscunque ergasteriis adhærentes, jubemus à provincialibus officiis removeri; ut omnis honor à contagione hujusmodi segregetur.* l. 12. Cod. de Cohortalib. Quamvis non desint exempla eorum quos ex obscuris locis fatum ad res maximas evocavit. Davidem è caulâ, 1. Sam. 16. 11. Agathoclem Siciliæ tyrannum è figlinâ, Justin. init. lib. 22. Primislaum ab aratro ad Libussæ thalamum. Æn. Sylv. H. Bohem. c. 6. Tarquinium Priscum regem Romanorum è tabernâ mercatoriâ. Valer Max. lib. 3. cap. 4. ubi hujus fortunæ plures recensentur, & seq cap. 5. alii contrà, qui à claris parentibus turpiter degenerarunt; quæ nobilia vocat, portenta.

Posset hîc fortean aliquis, exemplum Saulis objicere, qui cum adhuc privatam vitam ageret, Agaso fuerit, 1. Sam. 9. 3. tàm vilis ut amissam asinam per totum triduum, cum vitæ periculo quæsiverit v. 20. Opilionem, qualis David, videri tolerabiliorem Asinario, minusq; sordidum. adde quod natalium suorum obscuritatem ipse fateatur v. 21. Resp. ante Salomonis tempora, prius quàm equi multiplicarentur in Israël, etiam ditiores asinis vectos fuisse, ut fratres Josephi. Gen. 43. 18. Magnatum filios, Judic. 10. 4. & 12. 14. Abigail 1. Sam. 25. 20. necagasones pro infamibus habitos, sed nostris Equisonibus comparandos. præterea nobilitaverat Deus Saulem singulari privilegio corporis pulchri & heroicæ staturæ, ut ad humeros usque supra totum populum emineret, 1. Sam. 9. 2. adeoque hâc rarâ proceritate regium aliquid præ se ferret, & angustam rem domi

domi lacertorum amplitudine pensaret. Quæ corporis majestas adeò spectabilis erat, ut ejus fama in Alkuranum usque penetraverit, fabulis tamen à Muhammede conspurcata. Sic enim ille Sureta Bakara v. 244. & seq. ad verbum:

أَلَمْ تَرَ إِلَى الْمَلَإِ مِنْ بَنِي إِسْرَائِيلَ مِنْ بَعْدِ مُوسَىٰ إِذْ قَالُوا لِنَبِيٍّ لَهُمُ ابْعَثْ لَنَا مَلِكًا نُقَاتِلْ فِي سَبِيلِ اللَّهِ قَالَ هَلْ عَسَيْتُمْ إِنْ كُتِبَ عَلَيْكُمُ الْقِتَالُ أَلَّا تُقَاتِلُوا قَالُوا وَمَا لَنَا أَلَّا نُقَاتِلَ فِي سَبِيلِ اللَّهِ وَقَدْ أُخْرِجْنَا مِنْ دِيَارِنَا وَأَبْنَائِنَا فَلَمَّا كُتِبَ عَلَيْهِمُ الْقِتَالُ تَوَلَّوْا إِلَّا قَلِيلًا مِنْهُمْ وَاللَّهُ عَلِيمٌ بِالظَّالِمِينَ ۝ وَقَالَ لَهُمْ نَبِيُّهُمْ إِنَّ اللَّهَ قَدْ بَعَثَ لَكُمْ طَالُوتَ مَلِكًا قَالُوا أَنَّىٰ يَكُونُ لَهُ الْمُلْكُ عَلَيْنَا وَنَحْنُ أَحَقُّ بِالْمُلْكِ مِنْهُ وَلَمْ يُؤْتَ سَعَةً مِنَ الْمَالِ قَالَ إِنَّ اللَّهَ اصْطَفَاهُ عَلَيْكُمْ وَزَادَهُ بَسْطَةً فِي الْعِلْمِ وَالْجِسْمِ وَاللَّهُ يُؤْتِي مُلْكَهُ مَنْ يَشَاءُ وَاللَّهُ وَاسِعٌ عَلِيمٌ ۝

Annon respicitis ad multitudinem ex filiis Israël post Mosen? quandò dixerunt Prophetæ suo, excita nobis Regem, pugnabimus in semitâ DEI. Respondit, forsitan faciet u contingere, si decretum fuerit super vos prælium, ut non pugnetis? dixerunt, nequaquam nobis; sed pugnabimus in semitâ DEI, quandoquidem nos exire jussi à nostris habitationibus & filiis nostris. At postquam scriptum erat super eos bellum, recusarunt, præter paucos ex illis. Sed DEVS novit Malignos. v. 245. Dixit eis Propheta eorum, utique DEVS jam excitavit vobis TALVTH (quòd Saulem nec aliis, per hoc corruptum nomen indigitet, è toto contextu & circumstantiis apparet, præsertim è seq. v. 247. ubi hostis Goliathi disertè meminit.) *regem: responderunt, quare sit ei regnum super nos? & nos digniores regno præ illo? neque accepit copiam de opibus. Respondit, utiq; DEVS segregavit eum super vos, & auxit illum amplitudine in scientiâ & corpore. DEVS dat Imperium cui vult, estq; DEVS amplissimus scientissimus.* hæc ille. Omitto quæ deinceps nugatur de Angelis, arcam fœderis è cœlo, in electionis confirmationem afferentibus; unà cum sacris in eâ reliquiis. item

quomodo novus Rex Saulus exercitum lustraverit, & quantum cavamanu tenere possint, milites de rivo bibere jusserit. quæ cum historiâ Gedeonis, Jud. 7. v. 5. suo more confudit. Subit autem animo, quod Plutarchus *Instit. puer. mox post init.* de rege Archidamo refert, fuisse à subditis Laconibus, suis, pecuniâ mulctatum, quia pusillam uxorem duxerit und ὁ βασιλεὺς, ἀλλὰ βασιλίσκους non Reges sed Regunculos generatum iri timerent. nam omninò Gratior est pulchro veniens à corpore virtus. quamvis etiam illustres animas in distortis artubus hospitari aliquando sciamus; & contrà in aureo corpore pectus sæpè plumbeum.

Theor. IV.

Electum ungebant circa caput.

VArii sunt apud alios populos inaugurationis ritus. in hoc autem fere convenunt, quod novus Rex purpureâ veste vel paludamento, ubi aurum intertextum est, ornatur, populo sistitur & publicè proclamatur: tum insignia regni, ut corona, sceptrum, gladius et porriguntur; aut Diadema, h. e. fascia candida capiti ejus circumligatur: plebi deinde applaudenti & congratulanti publicum epulum exhibetur. Quietum Rex primus Romulus, authoritatis causa duodecim lictores sibi ascivit, qui virgarum fasces cum securi præferrent, potestatis in vitam symbola: quod etiam exactis regibus Consules imitati sunt. Apud Christianos solenne est, ut novi Principes in templa deducantur, Deus pro salute publicâ invocetur. Cum primis verò memorabile, quomodo Gallorum Reges inaugurentur; quod prolixius descripsit Sleidanus *circa med. l. 19. mihi pag.* 543. cujus hæc summa est: à tribus Cardinalibus in templum deduci, ibi divorum reliquias auro inclusas osculari, sacerdoti peccata confiteri, in lecto recumbentem sublevari, à Connestablio strictum ensem præferri ab Archiepiscopo aquâ lustrali Regem aspergi, oleo peculiari circa caput, pectus, humeros & brachia ungi, Caroli M. coronam imponi, aurea & argentea numismata in plebem spargi, acclamationibus votivis & tubarum clangore omnia personare. &c. Inter omnes has cæremonias unctio est antiquissima, & ab Hebræis deducta: illi enim Reges suos ungebant. Hal. Melach. c. 1. v. 8. כשמעידין המלך מרשחין אותו בשמן המשחה שנ׳ ויקח שמואל את פך השמן ויצק על ראשו וישקהו *cum Reges inaugurant, ungunt eos oleo unguenti, sicut dicitur,*

citur, (1. Sam 10 v. 1.) accepit Samuel vasculum olei, effudit q, super caput ejus, & osculatus est illum. Quem ritum ut rectius intelligamus, considerabimus distinctè tùm olei confectionem, tùm illius illinendi modum vel actum.

Oleum illud describitur Exod. 30. v. 23. quòd conficiendum fuerit arte pigmentariâ, ex his quatuor speciebus aromatum מֹר־דְּרוֹר קִנְמַן־בֶּשֶׂם קְנֵה בֶשֶׂם וְקִדָּה sed quid propriè sint, nondum satis inter interpres convenit. Rambam hal. Kele-hammikdasch cap. 1. v. 5. opinatur, מר esse Muscum, המור הוא הדם הצרור בחיה שבהודו הידוע לכל שמתבשמין בה בני אדם בכל מקום *Mor, est sanguis ille concretus in bestiâ quadam Indiæ, notus omnibus; quia eo condiunt se homines ubiq; locorum.* sed rectè corrigitur à Baal-Magg. in glos. margin. אֵין דעתי שיכנסה בסעשה הקדש דם שום חיה בעולם כל עכן דם חיה טמאה . אבל המור הוא אסור בשיר השיר? באתי לגני אחותי כלה אריתי מורי עם בשמי והוא ממין עשב אי ממין איל וריחו נודף *ajo ego: mihi non videri quod compositionem sacram ingrediatur sanguis ullius ferè in mundo, nedum immundæ. Sed hujus vocis recordatur etiam Cant. Canticor. (cap. 5. v. 1.) veni in hortum meum, soror mea sponsa, decerpsi MOR meum, cum aromate meo. itaq, erit de specie fruticis alicujus vel arboris, cujus odor fragrans.* at de Myrrhâ refert Plinius lib. 12. c. 15. quòd sic fluat & colligatur ex arbore quâdam Arabicâ. Impugnat eandem sententiam quoque Aben-Ezra. Com. ad Exod. מלת בר קשה הגאון תרגומה בושק זהנה איננו מעצים . והפרידו הכתוב מבשמים / אריתי מורי עם בשמי הנה הוא מלוקט . ואמרים הסביאים אותו בי הוא נעשה בגרן הצבי *vox MOR est difficilis. Gaon (intelligit Raf Saadiam) interpretatur Muscum: at is non est de arboribus. Separat eam scriptura ab aromatibus. d. l. decerpsi Mor meum cum aromate meo. ecce Mor colligitur (de plantis! at de musco) dicunt qui eum afferunt, quod gignatur in gutture ejusdem capreæ.* commendat verò R. D. Kimchi in Radd. expositionem eorum qui Thuris speciem existimant רבינו חיי זל פירש שהוא שרף עץ שיש לו ריח טוב הנקרא בערבי לובני ולזה יתכן לומר אריתי . בסדרש . כהמור יראש לבל הבשמים כן אברהם אבינו ראש לכל צדיקים . מה המור מי שלוקט אותו ידיו מהמר מרות ואינו מפיח ריחו .אלא באור כך אברה מסרר עצמו בשביל שלא יתערב ריחו בשאר הקטורת והודיע מעשיו הטובים בכבשן האש *Magister noster Hay p. m. explicavit esse gummi arboris odoratissimæ, quod appelletur Arabicè LORNI h. e. Styrax: & sic quadrat dicere (Cant. 5. 1.) decerpsi. In Medrasch taliter: ut Myrrha præcipuum est aroma; sic Abrahamus pater noster præcipuus inter justos. quid ulterius commune habens? qui colligit myrrham, ejus manus amarescunt; nec exhalat odorem suum nisi in igni: sic Abraham amare faciebat sibi, sed demonstravit pietatem in furno ignis (credunt enim à Chaldæis odio*

religionis in fornacem fuisse missum, &c.) Lutherus vertit Myrrhen, quod alliteratio ipsa comprobare videtur: cætera verò Cynnamen, Calmes/vnd Casien; quæ singula curiosius investigare jam non fert institutum. Illud potius nunc attendamus quomodo, è quatuor speciebus illis paratum fuerit. Textus v. 25. conficere jubet רֹקַח מִרְקַחַת בְּמַעֲשֵׂה רוֹקֵחַ *unguentum arte pigmentariâ*, nach der Apotecker kunst. Modum hunc nimis generaliter indicatum, prisci commentatores specialiùs exposuerunt. Idem Ramb. ibid. v. 2. 3. 4. לְקַח מִשְׁלֹשֶׁתָן חֲמֵשׁ מֵאוֹת שֶׁקֶל וּמַקְנֶה חֲמִשִּׁים וּמָאתַיִם וְשׁוֹחֵק כָּל אֶחָד וְאֶחָד לְבַדּוֹ וְעָרַב הַכֹּל וְשָׁרָה אוֹתָן בְּמַיִם זַכִּין וּמְתִיקִין עַד שֶׁיֵּצֵא כָּל כֹּחָם בַּמַּיִם וְנוֹתֵן עַל הַמַּיִם שֶׁמֶן זַיִת הַיִן וְהוּא שְׁנֵים עָשָׂר לוֹג וּבְשֵׁל הַכֹּל עַל הָאֵשׁ עַד שֶׁאַכְרֵת הַמַּיִם וְנִשְׁאַר הַשֶּׁמֶן וְהַנִּיחוֹ בִּכְלִי לְדוֹרוֹת *accipit de tribus (verùm de duobus tantùm speciebus) quingentos siclos, & de calamo 250. atq; contundit singula seorsim, deinde miscet omnia & macerat in aquis puris dulcibusq;, donec extrahatur universa virtus illarum. post affundit Hin olei olivarum sive duodecim Logos (hoc est quantum capiunt 72. ova) & coquit simul ad ignem, usq; dum exhalent aqua, & remaneat unguentum. id in vase asservat ad posteritatem.* Et in eundem sensum Talmud Mass. Cerith. cap. 1. pag. 5. à fine. אָמַר לֵיהּ (לֵוִי יְהוּדָה) רַ׳ יוֹסֵי כֵּיצַד עֹשֶׂה הֵבִיאוּ הָעִיקָּרִין וְשִׁלְקוּם בְּמַיִם וְהִצִּיף עֲלֵיהֶן שֶׁמֶן וְקִלַּט אֶת הָרֵיחַ וְקִיפְּחוּ *Rabi Iose quæsivit è R. Iudâ, quomodo confecerit illud? respondit assumpsisse radicalia (seu ingredientia) & elixasse in aquis, postea super instillasse oleum. quod receperit odorem, atq; suffuliisse.* Semel tantùm à Mose confectum fuit hoc unguentum, & ad seræ posteritatis usum, apud reliquam supellectilem sacram, in vasculo puro asservatum: quod à materia קֶרֶן *cornu* dicitur, 1. Reg. 1. 39. à formâ verò פַּךְ *lenticula* 1. Sam. 10. 1. Mirantur hîc Talmudici quomodo potuerit tàm diu novem ferè seculis scilicèt à Mose ad Josiam usque incorruptum durare? & paucum existens tot unctionibus sufficere: non enim homines tantùm sed & vasa sanctuarii eo illiniebantur plurima, Exod. 30. 27. arca testimonii, mensa, candelabrum, utrumque altare, labrum amplissimum, ipsum denique Tabernaculum. Aromatum quidem satis multùm erat, nempe 1500. sicli sive totidem semunciæ, quæ ad 47. libras nostrates adeoque ferè semissem excrescunt: at olei parùm, scilicèt sesquimensura Wurtembergica; unguenti ergo tantundem, quia fecibus relictis, odores tantùm extrahebantur. præterea exhalare solent odorata, quantumvis probissimè obturentur, & senescunt tandem, cùm mors etiam saxis marmoribusque veniat. Mass. & pag. ead. fac. seq. b. init. הִלְאָה עֲשָׂרִים הִכְנִיסָה נַעֲשָׂה כְּשֶׁמֶן הַמִּשְׁחָה סְתָרְתָּן וְעַד סוֹפָן.

סופו . תחילתו לא היה אלא שנים עשר לוג ובו נפשה המשכן וכליו ואהרן ובניו כל שבעת ימי המילואים ובו נמשחו כהנים גדולים ומלכים וכולן קיים לעתיד לבא שנ׳ שמן משחת קדש יהיה זה לי לדורותיכם . זה בספריא תרי עשר לוגין חוזן . ר׳ יהודה אומר כמה יורה בולעת כמה עקרין בולעין כמה האור שורף : *annon miracula plurima contigerunt oleo unctionis? à principio ad finem ejus? initiò non plus erat quam duodecim Logi (vel Sextarii. est liquidorum mensura, continens sex ova, so groß als ein octal Weins) eo tamen unctum fuit Tabernaculum atq; vasa ejus, (Levit. 8. v. 10.) Aharon cum filiis, totis septem diebus impletionis suæ, (ibid. vers. 33) item Pontifices successores & Reges. nimirum durabile fuit in futurum, sicut dicitur (Exod. 30. v. 31.) oleum unctionis sacra hoc mihi erit ad Posteritatem vestram. vocula* HOC *per Gematriam valet XII. quot erant Logi. (hoc ut intelligas, conser si placet, meum Bechin. Happer. p. 63.) R. Iehuda dixit, quantum defluens absumptum est? quantum radices (aromatariæ) absorpserunt? quantum calor dissipavit? (per evaporationes.)* Adjunt superfuisse adhuc tempore regis Josiæ; sed post reditum è Babel, in templo secundo desideratum. Talm. ibid. circ. med. תניא משנגנז אהרן נגנז ארגז צנצנת המן וצלוחית שמן המשחה ומקלו של אהרן שקדים ופרחים וארגז ששגרו פלשתים דורון לאלהי ישראל שנ׳ ואת כלי הזהב אשר השיבו לו אשם תשיבו בארגז מצדו ומי גנזו יאשיהו בלך יהוחז גנזו שנ׳ הנו את ארון . תל *Traditio. cum recondita est Arca, recondita quoq; Urna mannæ (Exod. 16. 33.) & Lecythus olei unctionis, & Baculus Aaronis cum amygdalis & floribus suis (Num. 17. 8.) item capsula, quâ miserunt Philistæi (quinq; anos aureos & totidem mures) donum DEO Israël, sicut dicitur (1. Sam. 6. 8.) vasa aurea quæ redditis ei pro expiatione, ponatis in capsâ, è latere illius. Quis verò recondidit? Iosias Rex Iudæ. s. d. (2. Par. 35. 3.) Ponite Arcam &c.* Maym. Kel. Mikd. 1. 11. בנות שני שלא היה שם שמן המשחה היה כהן גדול מתרבה בלבישת בגדים בלבד שהיה לובש בגדי כהונה גדולה *in domo secundâ non fuit oleum unctionis, ideo Pontifex inaugurabatur vestibus tantùm pontificalibus.* Nec licebat oleum aliud loco deficientis cõficere aut ejus compositionẽ quoquo modo imitari, hoc enim expresè sub excidii pœnâ prohibitum est, Exodi 30. v. 32. quod tamen Rabini variè limitant. Maym. ibid. v. 7. העושה שמן כמשה הוה וכמשקל הזה ולא נרע במזיר חייב כרת בשוגג מביא חטאת קבועה שנ׳ אשר ירקח כמהו והוא שיעשה אותו להמשח בו אבל אם עשהו להתלמד או לתנו לאחרים פטור *conficiens oleum juxta compositionem hanc, & secundum hoc ipsum pondus, (Exod. 30. 32.) non addens nec minuens, per temeritatem, is reus est excisionis: at per errorem, is adducit peccatum grande; quia dicitur (vers. 33.) quisquis pigmentaverit consimile. Ita tamen, si conficiat hoc sine ut ungatur eo, verùm si paret illud ut di-*

scat inde vel doccat alios, immunis est. Gemara d. l. fac præced. תנו רבנן המפטם את השמן ללסך בו לפוסרו לציבור פטור . אין מיבין אלא על סיכת שמן המשחה שעשה משה בלבד *tradunt doctores nostri, qui miscet oleum ut discat eo, ac monstret Ecclesiæ, absolvitur. non enim damnantur nisi propter effusionem ejus tantùm unguenti, quod confecit Moses ipse.* Iteruma que Maym. vers. ib. 10. & 14. אר. הסך כלים ובהמה וגוים שהם כבהמה שסך מתים בו פטור שנ' על בשר אדם לא יסך : התחן על נבי מלך או כהן גדול שכבר נמשחו פטור שנ' אשר יתן מסט על זר ואין אלו זרים אצלו אבל הסך מפנו אפילו למלך וכהן גדול חייב שנ' על בשר אדם לא יסך *ungens vasa, vel jumenta, vel gentiles qui jumentis æquiparantur, vel mortuos, absolvitur. quia dictum est: (vers. 32.) carni humanæ nè inungitor. etiam dans super Regem vel Pontificem, qui priùs uncti sunt, indemnis est; quia (vers. 33.) prohibetur tantùm inde dari super Extraneum. tales autem minimè pro extraneis habendi. At ungens eo vel Regem, reus est, quoniam nefas illinere carni.* videntur hoc subtiles Domini, suo more, nimis magistraliter disputasse. Sed consideremus nunc ipsum Regiæ unctionis Actum solennem.

Ducebatur electus Rex boni ominis ergò, ad scaturiginem alicujus fontis, & ibi coram omni populo ungebatur. Maym. Hal. Kel. & Melach. utrobique v. 16. capp. 1. iisdem penè verbis אין מושחין את המלך אלא נבי המעיין. וכן *non unguntur Regem nisi juxta fontem.* Quemadmodum & alias res minoris momenti solent in loco celebri peragere, v. g. libellum repudii non nisi ad confluentem rivorum dare; quod talis locus à natura sit signatus, adeóque post multa secula, quando amplissimarum quoque urbium vix rudera apparent, adhuc monstrari possit. Subest insuper hîc peculiare omen. ut enim fonticulus aliquis jugiter ebullit aquas suas, & longissimè profluendo prata quævis obvia irrigat atque fœcundat: ita hoc regni perennis auspicium esse volunt, & significationem bonæ administrationis. Talm. Pirk. Kam. Cerituth. 5. b. ult. תנו רבנן אין מושחין את המלכים אלא על המעיין כדי שתימשך מלכותן שנ' והורדתם אותה ויתן . תנן *Tradunt nostri Doctores, non ungi Reges nisi apud fontem; ut prorogetur regnum illorum. sicut dicitur (1. Reg. 1. 33.) deducatis eum ad Gihon. &c.* itaque hoc habent ex historiâ Salomonis, qui non intra urbem Ierosolymam, sed foris ad caput vicini fluminis Gichon unctus est; illuc deduci jussus à grandævo patre, & regiâ mulâ vehi, comitantibus præcipuis proceribus. Erat autem Gichon, monente R. Salomone ad marg. d. l. מעין קטן סמוך לירושלם ולא זהו גיחון הגדול היוצא מעדן : *non illud grande flumen, quod (Gen. 2. 13.) è paradiso egressum,* universam Æthiopiam perfluere legitur; aliàs Nilus appellatur, & è montibus

tibus lunæ ortus, exundatione suâ quotannis Ægyptum rigat, inque mediterraneum mare septem ostiis effunditur: sed rivus quidam Palæstinæ, *propè Ierosolymas scaturiens*, qui in torrentem Kidron exonerabatur, in Targum verò recentiori nomine שילחא *Siloah* dicitur, & ab Ezechiâ Rege memorabili opere obturatus esse legitur 2. Paral. 32. v. 30. non ex tóto (quod fortassis impossibile) sed parte scaturiginis superiori, quam infra terram ad occidentale latus urbis derivabat. Ibi ungebant eum bini simul, Zadok pontifex, & Propheta Nathan (vers. 34.) quorum alterum affudisse oleum, alterum inunxisse verisimile est. Quamvis verò Maym. Kel. 1. 14. dicat לא ירבה בשמן *non multiplicasse (h. e. prodigè vel affatim adhibuisse) oleum*, existimo tamen nec etiam parciùs affudisse; quia Psal. 133. 2. à capite Aaronis in ejus barbam usque, imò ad oram vestimenti defluxisse legitur: quod Talmudici d. l. כמין שתי טיפין מרגליות תלויות בזקנו *de duabus tantùm guttis, speciem margaritarum de barbâ suspensarum referentibus* explicant. ubi etiam commentum de fratribus annectitur, referri non dignum. Porrò notabilis est character unctionis; ajunt enim unguentum in formam O coronæ, circa caput fuisse illitum. est hoc Regium emblema, & circulus etiam apud Mathematicos perfectissima figura. Maym. ibid. מלכי בית דוד מושחין אותם כמין נזר על ראשו *Reges familiæ David ungebant formâ coronæ super caput.* & R. Sal. Jarch. in glos. d. l. Talm. דילוכידיוס כמו נזר סביב על ראשו *instar corollæ circa caput suum.* Ad differentiam Pontificum, quorum frontibus X cruciculam inter supercilia inungebant. rursus Maym. כיצד מושחין את הכהן צק את השמן על ראשו וסך ממנו על גבי עיניו כמין כי יוונית כזה *quomodo ungebant Sacerdotem? affundebat oleum capiti ejus, & illiniebat indè super oculos, ad speciem Chi Græci, taliter (spatium erat relictum in Hebræo, & forma X omissa, quod ine, fateor, ob ambiguitatem vocis* כי *diu frustra obtinuit)* sic iterum Talm. d. l. plenius אמ' ר' מנאשיא כמין כי יוני תני תחלה מציק שמן על ראשו ואחר כך נותן לו שמן בין ריסי עיניו ותני אחרית בתחלה נותן לו שמן ואחר מציק: *dicit Raf Menasse; instar X Græci. Tradit unus, antèa fudisse oleum super caput, posteà modo effigiasse id inter palpebras oculorum: Tradit alter, hoc prius & illud posterius contigisse.* Est igitur mendum in Comm. R. Davidis Kim. ad Psal. 133. ubi edit. Isnensis Paul. Fag. ita legit כמין כף יונית *instar CAPH græci* quamvis neutrum Caph, minusculum כ, nec majusculum Kab hac figurâ multum abludant. Eruditioribus hîc considerandum relinquo, nùm fortè signum Tav quo pii super infortunia mundi gementes notati sunt, Ezech. 9. 4. cum chaldæ-

tifex, qui in cæteris Christi typum gessit, hoc etiam signo crucem ejus præfigurârit? quoniam constat totam hanc unctionem externam, alterius divinioris fuisse umbram, qualem præ consortibus habuit, Psal. 45. 8. Suspicor tamen ex Levit. 21. 12 etiam Pontificibus Coronæ formam fuisse inunctam, priùs quàm Reges haberent. De osculandi ritu, quo Samuel Saulem inauguravit, nil præterea reperio posthàc adhibitum fuisse. Cæterùm existimant Rabini, unicam unctionem toti prosapiæ suffecisse, nec opus fuisse ut repeteretur, nisi quando legitimus successor, ob machinationes æmulorum periclitaretur. Rambam Hal. Mel. c. 1. v. 9. מאחר שמשחין המלך הרי זה דיכה לו ולבניו עד עולם שהמלכות ירושה שנ׳ למען יאריך ימים על ממלכתו הוא ובניו בקרב ישראל *postquam unctus est Rex, dignus fit ipse & filii ejus in perpetuum. Regnum enim hæreditarium, sicut dicitur* (Deut. 17. 20.) *ut prolonget dies suos super regnum suum, ipse & filii ejus in medio Israël.* Idem Hal. Kel. ham. 1. 15. אין מושחין מלך בן מלך שהמלכות ירושה. וכו׳ אלא אם היתה שם מחלוקת מושחין אותו כדי לסלק המחלוקת ולהודיע לכל שזהו מלך לבדו כמו שמשחו שלמה מפני מחלוק ארוניהו ויואש מפני עתליה ויהואחז מפני יהויקים אחיו *non ungunt Regem qui est filius Regis* (*natus Rex*) *in regno hæreditario. At si oriatur dissensio, ungunt etiam, ut removeant æmulationes, & notificent universis, quisnam sit verus Rex salus. Sic unxerunt Salomonem propter factionem Adonia* (1. Reg. 1. 5.) *Ioasum propter Attaliam* (2. Par. 23. 11.) *Ioachasum propter fratrem Iehojakim* (2. Reg. 23. 30. & 2. Par. 36. 4.) Bechai Parsch. Schoph. mihi fol. D. 3. בזמן ששלום על ישראל אינו צריך משיחה *tempore quo pax est in Israël, non eget unctione.* In hoc iterum differunt à Pontificibus, quos etiam in naturali successione, (stante adhuc priori templo) semper ungebant. Maym. Kel. 1. 11. è Mass. Cetit. ead. אפילו כהן בן כהן משוחין אותו *etiam sacerdotem (intellige maximum, non ceteros vulgares) filium sacerdotis ungebant.* Et quoniam huic oleo virtutem sanctificandi (Leviticè scilicet, sinoque modo) tribuit scriptura, v. 32. ideò etiam extraordinariè illos ungebant, quos Respubl. in subitaneo periculo Duces belli requirebat, ut hoc signaculo ad fortitudinem animarétur; unde Maymonidi Kel. 1. 11. משוחי מלחמה *uncti castrenses* appellantur. Imò arma quoque bellica unxisse leguntur, ut fiduciam augerent. ideò de clypeo Saulis canit David. 2. Sam. 1. 21. in Epicedio, *projectum esse ac si non unctus fuisset.* quamvis mihi verisimilior sit ratio R. Davidis Kimchi in Com. s. h. l. משחין המגן כדי להחליקו שלא יעברוהו כלי זין לרעת קצת המפרשים *unxisse scuta ut lævigarent, neq; penetrarent spicula: secundum quosdam interpretes.* hoc præstitisset etiam quodvis vulgare oleum. De Samaritanis Regibus narrant, fuisse

fuisse illos Balsamo tantùm inunctos: quòd regnum illorum non sit proprium, nec perpetuum. Hal. Mèl. c. 1. v. penult. מלכי בית דוד אם העומדים לעולם שנ׳ כסאך יהיה נכון עד עולם אבל אם יעמוד מלך משאר ישראל תפסק הטלכות מביתו שהרי נאמר לירבעם אך לא כל הימים: לכן אין מושחין מלכי ישראל בשמן המשחה אלא בשמן אפרסמון. *Reges familiæ Davidis permanebunt semper, sicut dicitur* (2. *Sam* 7. 16.) *thronus tuus erit firmus usq; in seculũ. at si cõsurrexerit aliquis Rex de reliquo Israel, deficiet regnum à familiâ ejus. ecce enim scriptum est de Ieroboamo* (1. Reg. 11. 39.) *verumtamen non omnibus diebus, propterea non unguntur Reges Israël oleo sacro, sed unguento Balsami:* Habent id è Talmud. d. l. אמר מפאי באפרסמא דכא *ubi Raf Pasa dicit. balsamo purissimo unctos.* Et Rambam affert exemplum è Kabalâ: Kel. 1. 16. חזה שמשח אלישע ליהוא לא בשמן המשחה משהו אלא בשמן אפרסמון דרבר זה מסורת ביד החכמים *iste discipulus Elisæ* (2. *Reg.* 9. 1. *quem Rabbini tonam fuisse putant*) *qui unxit Iehu* (*vers.* 6.) *non adhibuit oleum sacrum, sed unguentum Balsami: quod accepimus per manuum traditionem à sapientibus.* Huic verò videtur alia scriptura contravenire, 1. Reg. 19. 15. quæ Magistro ejus Eliæ hanc expeditionem mandat & simul ipsum Elisam ungere jubet, quod unguento sacro faciendum fuisse præsumitur. *Dixit Dominus ad Eliam, vade revertere ad viam tuam in desertum Damasci: cum illuc veneris, unge Hasaëlem in regem Syriæ, & Iehu filium Nimschi unge in regem super Israël, & Elisam filiũ Schaphat de Abel-Mechola unge in Prophetam post te.* Sed respondet Ralbag in comm. s. h. l. ידמה שהודיע אליהו לאלישע זאת הנבואה ושהוא שימשח יהוא למלך מלוה היה כאילו משחם אליהו *apparet quod Elias notam fecerit Elisæ hanc Prophetiam, & mandaverit ei ut ungeret Iehu in regem. ita perinde fuit ac si eos unxisset Elias ipse.* (secundum illud: Quod quis per alium facit, ipse fecisse videtur) Schindletus in Rad. מלך existimat etiam Saulem Balsamo tantùm fuisse unctum, unde regnum ejus non fuerit diuturnum: sacrum verò unguentũ solis Davidicis competiisse. Arbitror id hausisse à Kimchio, qui ad marg. 2. Reg. 9. sic notat שאול ויהוא נמשחו בפך לא נמשכה מלכותן דוד ושלמה שנמשחו בקרן נמשכה מלכותן: *Saul & Iehu fuerũt uncti è lenticulâ, ideò non protraxerunt imperiũ suũ: David & Salomon uncti sunt è cornu, itaq. perpetuarunt regnum.* at ego è variâ vasculi appellatione parũ probari posse censeo. Unctionẽ secutâ est congratulatio & plebis applausus. 1. Reg. 1. 39. *acclamavit omnis populus* (*solennem hanc formulam*) יחי המלך *VIVAT REX Salomo.* buccinis quoque concentum & fistulis, (vers. 40.) *ut tota terra latè resonuerit.*

Placet hîc, antequam ex isto capite discedam, coronidis loco

annectere, quod Cl. Buxtorfius circ. fin. sui Thesauri Gram. pro exercitio lectionis Hebræo-Germanicæ affert è libro שבט יהודה *tribus Iudæ* (quem ipse nondum vidi) de inauguratione Vice-regis in exilio Babylonico. nam quæ hactenus dixerui, verum Regem attinent, quando res Iudæorum adhuc florebant. Sic autem habet summa, si latinè vertatur. Electuri נשיא או ראש הגולה *Ducem vel caput exulum*, convenientes Babylonem & congregabatur omnes Rectores Synagogarū, seniores, judicesque, qui per universam provinciā passim dispersi erant. in amplas ædes, aulæorum apparatu splendidè ornatas, ubi plurimæ sellæ pro sapientum adventu dispositæ, in digniori autem loco thronus regalis, ad cujus dextrum latus sedebat Rector Academiæ Surensis, ad sinistrum Rector Pombeditanus. Postquam igitur per votorum pluralitatem, è sui medio elegerant Regulum, assurrexit R. Surensis, & electum ad humilitatem graviter hortatus est, nè se propterea insolentiùs supra cæteros efferret; admonēs, Officium adire, non Potestatem, & hodie omnibus servire incipere posteà itum fuit in Synagogam, ibi oratum pro salute novi Regis, eique manus impositæ, antiquo benedicendi ritu, & solenniter acclamatum יחי הנשיא לעולם *vivat Princeps semper.* Deinceps domum deduxerunt, præeuntibus tubicinibus & plateas omnes læto taratantararum strepitu replentibus. tandem discesserunt Scholarchæ, valedictionis loco præcipua quædam bonæ gubernationis præcepta inculcantes, ut justè, prudenter, moderatè & æquabiliter administrare omnia velit. Eadem vesperâ miserunt ipsi varia dona, quilibet pro facultate, unde auri argentique vim magnam collegit, ut ad magnificentiam ipsi ne quicquam defuerit. Proximo Sabbatho vicissim ipse lautissimum epulum exhibuit, non suis tantùm electoribus, sed & magistratibus ethnicis illius loci officiosè convocatis. Pridie parabatur ipsi cathedra in Synagogâ, & sabbatho manè comitabantur eum illùc, præcedentem atque facie totâ velatum. appropinquans excipiebatur hymno, alternis à Præcentore & comitibus decantato. ingressus statuebatur in turriculâ, velatus adhuc & porrecto volumine Pentateuchi legebat aliqua, post ipsum similiter ambo Rectores. deindè concionabatur ad populum breviter, ut obedientes & probi essent: quod ipsum postea R. Surensis faciebat ampliùs. tandem post preces utrinque pro salute mutuâ fusas, domum quisque suam redibant. Hæc de regiâ electione hactenus: pergo ad officium.

CAPVT

CAPUT II.

DE PIETATE.

Theor. V.

Rex binâ legis exemplaria describere tenebatur.

DIsertè hoc præceptum est, Deut. 17. v. 18. *& fiat, cum sederit super thronum regni sui, ut scribat sibi* מִשְׁנֶה *duplum legis hujus, è libro qui coram sacerdotibus Levitis: cum habeat secum, legatq; cunctis diebus vitæ suæ, ut timere discat DEVM, custodire legem & exequi statuta. &c.* Undè ultrò intelligitur, ad regiam dignitatem ascendere non potuisse, legendi scribendique rudem; qualis erat Licinius Cæsar, quem referunt ob stupiditatem & literarum imperitiam, vix nomen decretis subsignare valuisse. Hanc legem Rabinorum coryphæus Maymonides, Hal. Mel. init. cap. 3. hisce verbis explicat: בעת שישב המלך על כסא מלכותו כותב לו ספר תורה לעצמו יתר על הספר שהניחו לו אבותיו ומניחו מספר העורה על פי בית דין של עֻלָּא אם לא הניחו לו אבותיו או שנאבד כותב שני ספרי תורה אחר מניחו בבירה ונזיר שהוא מצוה בו ככל אחד מישראל וחשוני לא יזוז מלפניו אלא בעת שיכנס לבית הכסא או לבית הפרחץ או למקום שאין ראוי לקריאה יוצא למלחמה יהוא עמו נכנס והוא עמו ישב בדין והוא עמו מסיב והוא כנגדו : וכן *tempore cum occupaverit Rex solium regni sui, describat sibi librum legis ipsemet, ultra codices quos reliquerunt sibi antecessores patres, & corrigat è libro authentico, qui est in atrio sanctuarii, ex ore (recognoscentiũ) senatus magni LXXI virorum. Quod si parentes ipsi nullum reliquerunt, aut (casu quodam vel vetustate) periit illud, describat duo exemplaria; unum quod asservet in thesaurũ suũ, nempe illud ipsum, quod præceptum est singulis Israelitis: alterum nunquam removeatur ab ipso, nisi cum vadit ad latrinam aut balneum vel loca impura quibus legere nefas est. Quando exit in prelium, habeat secum, quando revertitur, aut assidet judicio (regio scilicet; non synedriali, à quo exclusus) imò cum convivatur, habeat in conspectu suo.* Quâ in re leges ipsum arctiùs ad pietatem astringebant, quàm ullum subditorum. nam vulgaris Israëlita, si literarum rudis erat, poterat ab alio describptum, suo ære redimere: at Rex, ut eam menti altiùs imprimeret, propriâ manu exarare utrumque debebat. Quod idem Maym. Hal. Tphil. init. cap. 7. tradit מצות עשה על כל איש ואיש מישראל לכתוב ספר תורה לעצמו שנ' ועתה כתבו לכם את השירה הזאת וגו' לכתוב כתבו לכם תורה שיש בה שירה

ח לפי שאין כותבין את התורה פרשיות פרשיות ואעפ שהניחו לו אנותיו ספר תורה מצוה לכתוב משלו ואם כתבו בידו הרי הוא כאילו קיבלה מהר סיני ואם אינו יודע לכתוב אחרים כותבין לו וכל המניח ס"ת ואפילו אות אחת הרי הוא כאלו כתבו כולו והמלך מצוה עליו לכתוב ספר תורה אחד לעצמו לשם המלך יתר על ספר שהיה לו כשהוא הדיוט : לא היה לו ס"ת קודם שימלוך צריך לכתוב לו שני ס"ת אחד מניחו בבית גנזיו והשני יהיה עמו תמיד לא יסור מעמו אלא בלילה כשישכום לישן על מטתו *praeceptum affirmativum obligat universos Israelitas, ut describat quilibet librum legis sibi ipse, sicut dicitur:* (*Deut.* 31. 19.) *& nunc scribite vobis hoc canticum.* quasi *diceret, scribite vobis legem, in quâ est hoc canticum. neq; enim scribunt legis parschas sive sectiones frustillatim. Quamvis verò reliquerint ipsi parentes exemplar, tenetur tamen aliud exarare per se, & si propriâ manu confecit, perinde est ac si de ipsomonte Sinai accepisset. Sin autem literas nescit, ab alio pro se scribi curet. Quicunq; verò correxerit talem codicem, imò vel unicam ejus literulam, ecce reputatur ac si totum descripsisset! Regi tamen injunctum est scribere per se ipsum, & nomine regio, ultra quod habuit, cum adhuc privatus esset. Si antequam regnaret nondum fecit, cogitur duo exempla describere, unum quod recondat in Gazophylacio suo, alterum quod jugiter secum retineat, nec amoveat, nisi fortè noctu quando dormitum pergit ad lectum suum.* Placet hoc loco fusius explicare quâ ratione & diligentiâ totum hoc præstandum fuerit, quia ipse superioribus annis, ejusmodi authentici voluminis magnum quoddam fragmentum nactus sum, quod milites in dispoliatione Judaicorum scriniorum alicunde abstulerant, & gladio inter se modis indignis diviserant: undè sufficienter de hâc diligentiâ testari possum. simulut è totâ isthâc narratione, contra credulos quosdâ & suspicaces alteros appareat, an verisimile sit vel vocales olim adfuisse, vel Judæos quicquâ depravasse. Tractarunt autem hanc materiam. quos ego noverim, præcipuè tres, primò Anonymus author Massichtæ *Sopherim*, quæ extat in opere Talmudico, mihi Tom. 3. deinde Raf *Alphes*, Hal. Seph. Thor. sub fin. sectionis primæ operum suorum, quibus me Cl. & Excl. V. Dn. *Buxtorfius*, Hebræorum hujus seculi primicerius donavit. denique R. Moses F. *Maym* Hal. Tphillin, quæ est Tom. 1. p. 50. præsertim à cap. 7. & deinceps, ut solet, cæteris multò accuratius. Quorum prolixas descriptiones ego brevitatis & methodi gratiâ reducam ad seqq. decem capita, partim libri materiâ, partim ejus formam attinentia; ut sic quoque appareat, quænam olim literaria Regum Studia fuerint.

I. Materia voluminis esse debuit MEMBRANA, minimè verò papyrus, novitium illud inventum. M. Soph. c. 1. §. 7. אין כותבין

כותבין לא על דפתרא ולא על גבי נייר *non scribunt super crudam pellem, nec super chartam.* & pergamenum illud debuit è pelle animalis mundi paratum fuisse. Maym. H. Tphill. c. 1. §. 10. אין כותבין ספרים תפילין ומזוזות על גבי עור חיה טמאה אבל על גבי עור בהמה ועוף טהורים ואפילו גבילות ושריפות שלהן *non scribunt libros, nec corrigias precatorias, nec schedas sacras posium, super cutem bestiæ impuræ, sed super pelles jumentorum & avium mundarum; quamvis sint morticinia vel à feris discerpta.* id Alphesius magistraliter probat è textu, sub fin. Halach. p. 350 a. אין כותבין אלא על עור של בהמה טהורה שנ׳ למען תהיה תורת ה׳ בפיך מן תמותר בפיך: *quòd non exarant nisi super munda, est inde quia dicitur: (Exod. 13. 9.) ut sit lex Domini in ore tuo: h. e. super licita oris.* existimant tamen discerptũ præferendum esse spontè mortuo. Soph. 1. 2. שאל אחד את רבי יהושע הגרסי ספני מה כותבין על עורות גבלות וטרפות אמר לואמשל לך משל למה הדבר דומה לשני בני אדם שנתחייבו הריגה למלכות אחד הרגו מלך ואחד הרגו אספקלטור איזה מהן השוב זה שהרגו מלך או אין חרשין על עורות: *Rogavit aliquis Rabi Iosuam Garseum, cur etiã scribant super pelles morticinorũ & discerptorum? respondit, assimilabo tibi parabolam, cui res cõparanda sit, nempe duobus facinorosis, ad mortem damnatis, quorũ alterum interficit Rex, alterum carnifex, utrum putas digniorẽ: eũ quem Rex occidit. itaque non suspecta debent esse pelles.* Quod aves attinet, oportet illas esse maximas, ut huic negocio sufficiant. sed habent id incommodi, quòd propter porositatem literulas exiles respuunt. Tphill. 1. 20. עור שהיה נקוב לא יכתוב על גבי הנקב וכל שהריו עוברת עליו אינו נקב ומותר לכתוב עליו לפיכך מותר לכתוב עג׳ עור העוף *si pellis perforata est, non scribatur super foramina. verum si atramentum transit & opplet illa (ut in crassiori scripturâ.) non habentur pro foraminibus: ideoq; licet tunc scribere, ut in membranis avium.* Piscium exuviæ prorsus hic ineptæ sunt. vers. præc. 10. אין כותבין על גבי עור הדג הטהור מפני הזוהמא שאין הזוהמא פוסקת בעבודה *non scribunt super squameam cutem pisci mundi, propter pingues sordes, quæ vix ullo artificio penitus abscedunt.* Requirebant verò superstitiosi homines etiam devotionẽ singularem in parandis membranis. itaque à Christianis, aliâ scilicet intentione paratas non usurpant. vers. seq. 11. גויל וקלף של תפילין או של ספ׳ צריך לעבד אותן לשמן ואם עבדן שלא לשמן פסולין לפיכך אם עבדן הגוי פסולין אעפ׳ שאמר לו לעבד לשם הספר שהגוי על דעת *pergamenum & membranas tàm corrigiarum quàm libri legis oportet præparare hoc ipso nomine. si enim alio fine parantur, profana sunt. Itaque si paravit ea gentilis, inidonea sunt, quamvis jusserit in hunc usum parare, ut fiat liber. nam Ethnici parant intentione suâ propriâ, non ad devotionem mer-*

cantū. tantum abeſt, ut à nobis deſcriptum emant vel uſurpent. verſ. ſeq. 1. ספר תורה שכתב סין ישראל משומד כתבן גוי או ישראל משומד או פסול או עבד או אשה או קטן הרי אלו פסולין וינהגו librum legis quem ſcripſit hæreticus (Samaritanus) comburunt, at quos ſcripſit gentilis, aut Iſraëliticus Apoſtata, vel proditor, aut ſervus, aut mulier, aut minorennis, omnes profani ſunt, & abſconduntur (per ſepulturam) Porrò tres recenſent membranarū ſpecies, quos internoſſe oporteat, cum non omnes pariter ſint ad ſcripturā ſacrā idoneæ c. 6od v. 4. שלש עורות הן. לוקחין עור בהמה ומעבדין בקמח ואלא מולחין ומעבדין בקמח ואלא בעפצא וכיוצא בו מדברים שמכווצין את העור ומחזקים אותו וזה הוא הנקרא גויל: ואם לקחו העור אחר שהעבירו שערו וחלקו אותו בעין לשנים כמו שהעבדנים עושין עד שיהיה שני עורות אחד דק הוא שמסול השיער ואחר עכה והוא שמסול הבשר ועבדו אותן במלח וקמח ועפצא זה החלק נקרא קלף וזה שמסול הבשר נקרא דוכסוסטוס: Triplex eſt differētia. 1. ſumunt pellē jumenti & removent pilos inde, poſtea ſaliunt & præparant farinâ, deniq; etiā gallâ vel conſimilibus rebus aſtringentibus & corroborantibus eā. hæc appellatur גויל (nos in defectu vocabulorū, diſcriminis cauſâ nominemus Pergamenum) 2. at ſi pellem, abraſis pilis diſſindant per denſitatem bifariam, ut artifices ſolent, & duas inde faciant, unam tenuiorem ex parte pilorum, craſſiorem alteram ex parte carnis, & parent ſale, farinâ gallaq; ut decet, tunc illa portio vocatur קלף (Membrana propriè) 3. hæc verò, quæ carni contigua erat דוכסוסטוס (nobis Corium) Iſta poſtrema ſpecies ad legis deſcriptionem inutilis eſt: verſ. 9 ejuſd. c. כתבין על הקלף בסקום שער ואינו רשאי לשנות הלכה למשה מסיני שאם שינה ועל הגויל בסקום שער ואינו רשאי לשנות הלכה למשה מסיני שאם שינה בזה ובזה אין קורין בו: ſcribunt ſuper Membranā loco carnis; & ſuper Pergamenum loco pilorum, nec fas eſt mutare, quia conſuetudo Moſis de Sinai; & ſi quis pervertit in uno vel altero, non legunt è tali. item ut totus liber ſit homogeneus, exuniuſmodi cortinis cōſutus. Tphill. 7. v. 4. סת שכתבו מקצתו על הגויל ומקצתו על הקלף פסול אלא או כולו על הגויל או כולו על הקלף: qui partim in pergameno, partim in membranâ ſcripſerit eſt, profanus habetur. quin potius uniformis ſit, aut totus ex hoc aut totus ex illo. Exceptionem admittit Talmud. M. Soph: 2. §. 10. אבל עושה חציו גויל וחציו צבאים קלפים מפני שאינו מן המובחר at facere poteſt ſemiſſem unam è pergameno, alteram è membranis caprearum, ſi illud (pergamenum) non eſt de ſelectiſſimo (ſic enim parum diverſitatis) Cōplicari tandem prohibentur; inter ſcribendum quantumvis amplißimæ ſint, nè rugas indecoras contrahant. Alphes. p. 349. b. לא התירו

התירו להן להפוך ירישה על פניה אלא פורס עליה סדין או את הבגד *non permiserunt eis reflectere cortinam versus extremitatem suam, sed jusserunt expandere super eas sindonem vel vestem (ne maculentur.)*

II. Sequitur DIMENSIO & distributio cortinarum. ubi admonere nil opus est, scribere Judæos non in complicatis libris nostro more, sed antiquissimo instituto in uno continuo & grandi volumine totum Pentateuchum. Itaque scripturam sic attemperare decet, ut universæ membranæ simul convolutæ, justam crassitiei suæ proportionem habeant, adeóque extrema cæteras ambiens, præcisè quadrata sit. R. Alph. p. 347. b. תנו רבנן אין עושין סת"ל לא ארכו יתר על היקפו ולא היקפו יתר על ארכן *tradunt nostri Doctores, non faciendam esse libri legis altitudinem longiorem ambitu, nec ambitum ampliorem altitudine.* in quâ proportione Geometricum aliquid latet, quòd nempè, si totus cylinder 22. pollices altus est, idem Archimedeo ratiocinio 7 poll. crassus evadit. Si membranæ omnium animalium ejusdem essent densitatis, tunc posset una certa mẽsura præscribi, sed quia plurimùm variant, volunt hanc saltem ubique proportionem servari. H. Tphill. init. cap. 9. ארכו בגויל ששה טפחים ובקלף או פחות או יתר והוא שיהא ארכו כהיקיפו אם מיעט או הרחיב בכתב *altitudo pergameni plerumque sex palmorum, sed membranæ plus vel minus, prout scripturam quis contrahit vel dilatat, modò ut flaturæ circumferentiæ semper respondeat.* quantas intelligat mensuras, mox eod. c. 9. v. 9. declarat רוחב הגיליון הוא אצבע הינוני וכבר הקדמנו בשיעורו דהיינו רחב שבע שעורות בינוניות זו בצד זו בדוחק וכל טפח האמור בכל מקום הוא ארבע אצבעות מוז וכל אמה ששה טפחים *latitudo pollicis æquat digitum mediocrem, & pridem subtiliter inquisivimus has mensuras, atq; deprehendimus correspondere septem granis hordeaceis mediocribus, contiguè & arctè juxtà se positis.* (paulò major unciâ pedis Wurtembergici, quod ex hâc lineolâ in totidem partes divisę; [illegible] liquet. (Palmus verò cujus uspiam in sacris fit mentio, constat quatuor ejusmodi pollicibus & Vlna sex palmis. (h.e 24. pollicibus) Eoque capite toto docet operosè, quomodo id assequendum sit. primò nudas aliquot & scripturâ vacuas membranas, experimenti causâ convolvendas donec justam crassitiem nancisçantur; deinde iterùm revolutas, baculo hujo pollices divisò metiendas, & proportionem ad prototypum exemplar æstimandam, quantum textus uni cortinæ competat; postea periculum scriptionis in rejectitiâ quadã membranâ prius faciendum, unde computet quantum literas augere vel minuere debeat. &c. quæ ob prolixitatis tædium allegare hic intermitto. Informat quoque lectorem vers. 10. suo exemplo,

quantus fuerit ille codex, quem ipse Maymonides propriâ manu exaraverit. *omnes columnas 4. digitos latas fuisse (prater ambo carmina, qua 6. pollices requisiverint) singulas constitisse 51. lineis, & fuisse numero 226. paginas. (ita fit 11526. lineas) longitudinem verò totius voluminis 1366. pollicum. (h. e. 57. ferè Vinar. Iud.) cortinas autem arietinas. si cui hanc mensurâ imitari placeat, non à proportione aberraturum (quod tamen sibi experiuntur, ob membranæ denſitatem, non præcisè contigisse notat Commentator marginalis.)* Audiamus & cæteras dimensionum leges. quælibet membrana in aliquot columnares paginas distribuitur, has oportet justo nec pauciores nec plures esse. Alphes. p. 348. init. תֹּר עֹשֶׂה אדם יריעה סבת שלש דפין ועֹר בת שמנה פחות או יותר לא יעשה ולא יחלה בדפין מפני שנראין כאגרת ואל ימעט בדפין מפני שעיניו משוטטות *jubet ut homo cortinas dividat à tribus ad octo paginas, plures, vel pauciores haud faciat. non illud, nè videatur epistola vulgaris (debent enim litere sacræ à profanis primo statim intuitu differre) non hoc nè oculi (ob latitudinē pauciorum columnarum in legendo) exorbitent.* Mei exemplaris cortinæ ut plurimum in quinq; paginas distributæ sunt. quid verò si cutis magni animalis fuerit amplior? Tphill. 9. v. 12. נודמנה לו יריעה בת תשע דפין חולק אותה חמשה לכאן וארבעה לכאן *si cui parata est cortina novem paginarum capax, dividat eam, huc referendo quinque & illuc quatuor. (non verò tres huc & sex illuc. ut Alphesius addit.)* כלא בתחלת הספר או באמצע אבל בסוף אפילו פסוק אחר בדף אחד עושים אותו דף לבדו ותופרין עם שאר יריעות *& totum hoc intelligēdum est de principio libri vel medio: at in fine versiculus etiam unicus peculiarem paginam meretur, qua cæteris assuitur.* Columnarum quoque latitudines mediocres esse decet. Soph. 2 §. 8. שיעור חרף כדי שיהא רואהו ובקטן לא יפחות מטפח רבי יוסי בל יהודה אומר לא יפחות משלש אצבעות ולא יעשה רחבו יותר על חצי ארכו *quantitas paginæ, qua lectoris visui congruat, in parvo exemplari non angustior sit palmo. R. Iose nomine R. Iehuda ait, non minor tribus digitis. contra tamen nemo faciat latitudinem eius ampliorem semisse altitudinis.* Maymonides optimam mensuram, tribus longissimis vocibus terminat. 7. v. 4. אורך כל שיטה ושיטה שלשים אותיות כדי לכתוב למשפחותיכם תלתא זימני הוה רוחב כל דף ודף *longitudo singularum linearum æquet triginta literas, ut vox polysyllabica* למשפחותיכם *(qua familias vestras significat) tribus vicibus scribi possit. hæc ipsa est latitudo paginarū.* Glossator tamē addit הכל לפי הנוי שהרי נ למשפחותיכם מכתיבה ומההיות יותר מטפח *decorum ubique spectandum esse; quoniam hæc vox ter reperita in crassiori scripturâ, facile palmum excedat.* In meo sanè fragmento columnæ sunt inæquales, pro capacitate membranarum, nè quid inutili-

inutiliter periret. Habent & margines suam æstimationem. R Alph. 348.a. שעור גליון מלמטה טפח ומלמעלה שלש אצבעות ובין דף לדף כמלא רוחב שתי אצבעות *mensura ora inferioris est palmus, superioris verò tres pollices. sed inter paginas spacium plenè duorum digitorum.* Tphill. 9.2. צריך שיניח בתחלת כל ירושה ובסופה רוחב אצבע אחד כדי תפירה *necesse insuper ut relinquatur ad extremitates cortinæ, aliud spacium unius digiti prosuturâ.* En quàm curiosè lineas quoq; dinumerêt! Ead. Hal. c.7. v.10. יש דברים אחרים שלא נאמרו בתלמוד ונהגו בהם הסופרים וקבלה היא בידם איש מפי איש והן שיהיו מנין השיטין בכל דף לא פחות משמונה וארבעים ולא יתר על ששים *sunt alia res non quidem præceptæ in Talmud. sed longâ consuetudine scribarum introductæ, qui jactant traditionem diuturnam ex ore unius ad alterum. Inter quas & illud, quòd lineas paginarum numerant, non pauciores XLVIII. nec plures LX. faciunt.* Et nè res omni ratione carere videatur, afferunt in Mass. Soph. pulchras aliquot, suâ opinione causas, ubi & alios plures numeros reperio. cap. 2. paragr. 6. בותני פעם בפסעות ארבעים ושנים שנ' ויכתוב משה את מוצאיהם. וברבבות של ישראל ששים שנ' כתב לך זאת זכרון בספר. ובזקנים של ישר שבעים ושנים. וכו' *dant rationem è professionibus quadraginta duabus, quia dicitur (Num. 33.2.) descripsit Moses juxta exitus eorum. item à myriadibus Israëlitarum sexaginta, quia dicitur (Exod. 34.27.) scribe fœdus quod cum illis pepigi. nec non pro numero LXXII. senum (in memoriam illorum.)* Meæ omnes semper 48. tantùm constat. Similem superstitionem in Arabicis quoque libris observo, ubi perpetuò impares lineas notavi, quo numero DEUS gaudere creditur Poëtis. Vnum hîc superest notabile, quòd nil sacrum exscribunt, regulâ non priùs lineatum; ut scilicet elegantius appareat & differat à schedis profanis. Tphill c.1.v.12. הלכה למשה מסיני שאין כותבין ספר תורה אלא בשירטוט *habemus id à Mose de Sinai, nè quis liber legis describatur absque emuñi.* c.7. v.4 שכתבו בלא שרטוט פסול *absque lineato scriptus, est profanus* v.16. מותר לכתוב שלש תיבות בלא שרטוט יתר על זה אסור *licet tres tantùm voculas sine lineato exarare: plures est omninò nefas.* hinc disputant de allegatis: an & phrases biblicas obiter usurpatas lineare oporteat? Comm. eius ibid. in marg. כתב רבינו ברוך דדווקא כשמביא פסוק לראיה אבל אדם כותב לחבירו ופסוק בלשונו אין צריך לשרטוט; *tradit magister noster Baruch, id observandum esse maximè, quando quis versum citat ad probationem. verùm cùm socio suo familiariter scribit, & immiscet locutiones textuales, non opus est lineatione.* Meorum lineamentorum sulci omnes ducti sunt in tergo, & eminentiæ vergunt antrorsum, quâ parte scripturam minùs impediunt.

III. Transeamus ad ATRAMENTVM, quod similiter multâ cautione indiguit, nefas erat ullo, nè pulcherrimo quidem colore, vel unam lituram ducere: secus quàm factitabant veteres Monachi, qui omnium paragraphorum initia cinnabari & æris flore quondã pingebant. Hal. Tphil c. 1. §. 5. נאמר למשה סיני שיהיו כתיבים בדיו לפעט שאר מיני צבעונין כגון האדום והירוק וכיוצא בהן שאם כתב אפילו אות אחת בהן פסול *injunctum est Mosi de Sinai, ut perscribantur Atramẽto, id excludit cæteras species colorũ omnes, velut rubrũ, viridẽ & consimiles. quod si vel unicalitera is scriberetur, totũ profanaret.* Ne nobilissimã quidẽ auri tincturã, qua tamen Salomo templũ decoravit, huc admittunt. Soph. 1. §. 9. מעשה בתורתו של אלכסנדרוס אין כותבין בזהב שהיו כל אזכרותיה כתובות בזהב ובא מעשה לפני חכמים ואמרו תגנו *neutiquam scribunt auro (comminuto.) Accidit pentateucho Alexandri M. in quo omnis mentio* DEI *aureis literis perscripta erat, ut factum hoc deveniret ad sapientes. ii responderunt, è medio tollendum esse.* Sunt & alia communiter nobis usurpata, quæ atramenti sacri confectionem ingredi prohibentur. Ibid §. 5. אין כותבין בשחור ולא בשיחור ולא בקרקום ולא בקנקנתום ולא בסמ טריא: *non adhibent carbonem, nec nigredinem (picturiam vel fuliginem) nec gummi, nec vitriolum, nec aquas putres.* sed parant illud suâ quadam singulari ratione, quam describit Maym. H. Tph. 1. 4. כצד מעשה הדיו מקבצים העשן של שמנים או של זפת ושל שעוה וכיוצא בהן ונובלין אותן בשרף האילן וכמעט רבש ולותתין אותו הרבה ודכין אותו עד שיעשה רקיקין ומיבשין אותו ומצניעים אותו ובשעה כתיבה שורהו במי עפצא וכיוצא בו וכותב בו שאם תמחקני יהיה נמחק וזהו הדיו שבצורה מן המובחר: *quomodo conficiunt hoc Atramentum? colligunt fumum olei vel picis vel sevi, vel talium, & pinsunt in exusto ligno cum exiguo mellis, atque depsunt valdè donec attenuetur: postea exsiccant & reponunt. Tempore scriptionis autem macerant vel dissolvunt in aquis gallarum aut similium, & scribunt eo. Quod si hoc deleveris erit delẽ abstersum. Et illud ipsum est præstantissimum, quod præceptum.* Glossa tamen marginalis nonnullas addit animadversiones, quas lubens prætereo.

IV. Authenticum aliquod EXEMPLAR assumebant, undè sua particularia describerent. Asservabatur autem sacratissimum & originale volumen à Levitis in sanctuario, è quo Rex suum transsumere atque corrigere debuit: atque ut emendatius id faceret, consscio & auscultante Synedrio revidere. Tph. 7. 2. מגיהין אותו מספר העזרה על פי בית דין הגדול *corrigendum est è libro Atrii, juxta os senatus magni.* Et si quis adeò felicis memoriæ, ut totam legem teneret (quales sanè reperiuntur inter Judæos, qui diuturnâ lectione integras paraschas addidicerunt & expeditè recitant,) non tamen licet ipsi

ret ipsi, vel unicum jota sine prototypo exarare: in quo agnoscimus miram DEI providentiam, qui etiam sic integritati textus consultum voluit Alpheſius pag. 349 a & b. גרסינן בפרק הקורא אמר רבה בר חנה אמר רבי יוחנן אסור לכתוב אפילו אות אחת שלא מן הכתב. רב הסדא אשכחיה לרב חנאל דהוה כותב ספרים שלא מן הכתב א"ל היה רואיה כל התורה כולה שתכתב בפיך אלא הרי אסרן אסור לכתוב אפילו אות אחת שלא מן הכתב *legimus in capite Haquore (quodeſt 2. Maſc. Megilla in Talm.) re tuliſſe Rabbam filium Channæ, quòd dixerit R Iochannan: nefas eſſe vel unicam literulam ſcribere ſine præſcripto. Accidit ut Raf Chasda inveniret Raf Chananaëlem, ſcribentem ſine prototypo: dixit ei, dignus quidem eſſes, è cujus ore tota lex reſcriberetur! ſed ecce prohibitum vel unam literam ducere abſque exemplo.* Nihil ergò fidit memoriæ ſuæ Maymonides, quantumvis divinam haberet, ſed optimum Exemplar ſecutus eſt religioſiſſimè H. Tph. fin. c. 8. ספר שסמכנו עליו הוא הספר חידוע במצרים שהוא כולל כ"ד והיה בירושלים מכמה שנים להניה ממנו הספרים ועליו היו הכל סיסכין לפי שהגיהו בן אשר ודקדק בו שנים הרבה והגיהו פעמים רבות ועליו מסמכתי בספר התורה שכתבתי כהלכתו: *liber cui innixi ſumus, eſt notiſſimus ille codex in AEgypto, qui complectitur omnes XXIIII. libros biblicos, & fuit Ieroſolymis olim per plurimos annos, ad corrigendum inde cæteros. Huic omnes ſecurè fidunt, quia ſciunt recognitum à Ben Aſer (celebri quodam Maſorita Tyberienſe.) qui accuratiſſimè perveſtigavit cum multis annis, & emendavit multoties, eum ſecutus ſum, quando legem, ut moris eſt, deſcribebam.* Hoc ipso etiam R. Jonahammedakdek quondam usus est, referente Elià Lev. in Schifre luchos mihi p. 244. b. ubi & alios quosdam magnæ celebritatis libros recenset, unum qui à Iericho venerit, alterum quem Hillel, è captivitate Babylonicâ redux suâ manu descripserit; omnes autem cùm hodiernâ lectione in minutissimis consentiant unde colligo hiatus qui hodie visuntur in textu, verb. gr. defectum vers. 36. & 37. in 21. cap. Josuæ, minimè novitium esse, sed omninò ante posterioris templi fabricam desideratos, adeóque varias Lectiones è captivitate prima natas, ut R. D. Kim. ad 1. Reg. 17. 14. notat בגלות נשתבשו הנסחאות *in exilio priori corrupta fuisse exemplaria.* Similem harmoniam editionum sæpè miror in Alkurano, qui per universam ferè Asiam & Africam, quà latissimè patent, magnam quoque partem ipsius Europæ, in tot millena exemplaria conformiter, absque typis, solâ manu multiplicatur.

V. Venio ad LITERAS. hîc mihi non convenit cum quibusdam sciolis inter Iudæos, qui hodiernos characteres primævos esse negant; videorque in *Diſſert. d. Numm. Hebr.* è figura literæ Vav, &c.

pluribus documentis probatum dediſſe, quòd vetuſtiſſimi adeóq; legislatori Moſi ſint coætanei: niſi fortè ante ipſum alios in uſu fuiſſe velint, quod non diſputo. Soph. 1:6. אין כותבין לא עברית ולא ארמית ולא מדית ולא יונית כתב בכל לשון בכל כתבים לא יקרא בו עד שתהא כותב אשורית *non ſcribant nec Hebraicè (fortaßis per Metatheſin unius literæ legendum eſt* ערבית *Arabicè) nec Syrè, nec Medè, nec Græcè. quacunque linguâ. quibuſcunque literis ſcriptum fuerit, nefas eſt legere, niſi tantum Aßiriacè. (quo cognomento quadratas ſive textuales literas appellant.)* Etiam paucula illa quæ peregrini ſunt Idiomatis in lege, characteribus uſitatis ſcribere oportet. Ib. v. :0 כל התורה כולה עברית היא אלא שיש דברים תרגום כגון יגר שהדותא. אל יכתוב תרגומית *tota quidem lex eſt Ebræa, præter pauca quædam Chaldaica, velut (gen. 31.47.) Iegar Sahaduta. h. e. cumulus teſtimonii. nemo tamen ſcribat ea Chaldaicè.* Itaque non probantur Iudæis heterogeneæ tranſcriptiones textus; qualis olim una erat in Hexaplis Origenis, ubi verba Hebræa literis Græcis expreſſa: item noſtrâ ætate in diſcentium gratiam, à Cl. V. Eliâ Huttero p m. in ſpecimine quodam, latinis literis, non inutili conſilio tentatum. H. Tphill. 1. § 19. התירו בספרים לכתבן אף ביוני בלבד וכבר נשתקע יוני מעולם ונשתכח ואבד לפיכך אין כותבין היום אלא אשורית *permiſerunt in libris (privatis ſcilicet) deſcribere etiam literis Græcis ſeorſim. ſed pridem ſubmerſa eſt hæc Græcanica ratio, de mundo ſublata & depravata. proinde nemo ſcribat hodie aliter quàm Aßyriacè.* Ideò R. Ioël Levita libros noſtros ibid. in marg. cõtemptim vocat. חומש פסול של גלחים *pentateuchum profanum raſorum Monachorum.* Et indignè tulerunt olim tale quid in Philadelpho Ægyptio. Soph 1.7. מעשה בחמשה זקנים שכתבו לתלמי המלך את התורה יונית והיה היום קשה לישראל כיום שנעשה העגל שלא היתה התורה כולה להתרגם כל צרכה *Quinque ſenes deſcripſerunt regi Ptolemeo legem literis Græcis, ea dies æquè gravis habita fuit Iſraelitis, ac illa quâ vitulum conflarunt. neque enim poßibile eſt, ut omnia plenè ſic exprimantur (fortè quia Græci aſpirationibus in mediâ voce carent.)* Porrò literarum decus & neceſſaria proprietas eſt, ut ſint benè legibiles, invicem diſcriminatæ & undique à vicinis liberæ; quo poſtremo requiſito à cæteris orientalibus ſcripturis, Hebræa ſola differt. Tphill. 1.19. צריך להזהר בכתיבתן כדי שלא תדבק אות באות שכל אות שאין העור מקיף לה מד' רוחותיה פסולה וכל אות שאין התינוק שאינו לא הפס ולא סכל יכול לקרותה פסול *cautione opus eſt in ſcribendo, nè literæ cohæreant. etenim quamcunque literam membrana non ambit ex omnibus quatuor lateribus circumquaque, ea profana eſt. nec idonea, quam diſcernere & legere nequit puerulus aliquis, modò non ſit omninò ſtupidus.*

præſertim

præsertim inter similes accuratè distinguendum, quales monent Alpheſio p. 348. b. sunt ס ם. ט ם. נ ן. ו ן. ה ח. ד ר. צ ן. כ ב. א ע. è quarum confusione magni quidam errores, ab oscitantibus tùm librariis tùm interpretibus, in Bibliorum versiones aliquas sunt introducti. quorum catalogum habes in *præf. lex. Schindl.* Quod si foramen occurrat in membranâ, jubet Maym. v. seq. 20. attendere, nè literam vitiet vel reddat ambiguam: velut si particulam ה absumeret, ut pro hiante ה haberetur. in gremio autem cavarum, v. g. ס minus habere periculi. Vetat etiam Commentator ejus, ad c. 7. v. 6. ullas ornatus gratiâ, vel pro explendo spacio diducere: ut nostrates factitant, & ipsi aliquando Judæi negligunt. לְמשׁוך האותיות ולעשותן נדולות עד סוף השיטה אסור שאין לשנות אות אחת מהברו ולא לנדלו ולא להקטינו זולתי המקובלים לבעלי מסורת: *protrahere literas & prolongare usq; ad finem lineæ, nefas est. (secus quàm existimant vulgò Grammatici.) nec decet literam aliquam solam differre à sociis suis quantitate vel majori vel minori; præter paucas mysticas, quas observarunt Authores criticæ Masoreth.* Reperiuntur enim aliquæ passim, quæ semper & ab antiquo cæteris vel grandiores vel minutiores pictæ fuerunt, quadam religione. de quibus Mass. Sopher. cap. 9. & novissimè Buxtorfius in suâ *Tyberiade.* Item aliquæ supra reliquas suspensæ, vel situ inversæ: præsertim verò ם in Manuscriptis sæpissimè reduplicatum. & quasi prægnans. quorum veram rationem quamvis ignoremus hodiè, nec Judæorum superstitiosas explicationes ita simpliciter admittamus, censeo tamen cum Maymonide. omninò religiosè sic retinendas, & ut accepimus, sic ad posteritatem fideliter transmittendas. Tph. 7. 8. הזהר באותיות נדולות וקטנות ובנקודות והמשונות כנון הפאין הנכפפות והאותיות עקומות כמו שהעתיקו הסופרים איש מפי איש *attende literas Majusculas & minusculas, punctatas, variatas, multa Pe ingeminata, & literas obliquatas: sicuti propagarunt Scriba, unus ex ore alterius.* Puncta quorum hîc meminit, non sunt Vocales nec Accentus; nam nihil tale usquam apparet in authenticis libris Judæorum, (ut valdè mirer superesse qui vocaliũ antiquitatem seriò credant) sed extraordinaria quædam puncta intelligit. de quibus iterum M. Soph. c. 6. & diligentiss. *Buxt. in Thes. Gram. l. 1. cap. 5.* Cæterum ut vocalibus carent, ita vicissim quid aliud habent, quod nostri Codices ignorant, nempe creberrimos apices, non arbitrariè sed certo numero debitisq; locis impositos; quos TAGIN sive coronulas nominant, quia ut hæ in capitibus regum, sic illi supra voces eminent. R. Alph. 349. a. א״ר רבה שבעה אותיות צריכות ג׳ זינין ואלו הן שעטנ״ז *ait Rabba, septem literæ indigent ter-*

nis apicibus, quæ (memoriæ causa) comprehenduntur symbolicâ voce Schaetnez, heterogeneam vestem significante. Tphill. 7. 8. תהר בתנין ובמנין יש אות שיש עליה תג אחד ויש אות שיש עליה שבעה וכל התנין כצורת זיינין הן דקין כתוש השערה *observa coronulas & numerum earum. est litera quæ unam tantùm, est alia quæ usq; ad septem poscit. omnium verò figuræ sunto instar relorum, graciles quasi filum aut pilus.* plura de illis habet R. Urian in notis ad c. 1. v. 19. copiosissimis. In his omnibus adeò meticulosi sunt, ut si vel unicum jota ne dum tota vox desit, reliqua universa contaminari & labefactari unà putent, non audent בלא cum חסר *seu plenum defectivo* permutare h. e. quiescentem literam, quæ salvo sensu adesse vel abesse posset, pervertere: quanto minùs textum sponte adulterare? ut quidam imperitè suspicantur. Denique quia voces in fine linearum derimere non solent, nec portionem ejus ad initium sequentis rejicere, disputant anxiè quæ huc locanda vel servanda sit illuc. Aleph. 348. a: בודמנה לו תיבה בת ב אותיות לא יזרקנה בין הדפין אלא יחזור לתחלת השיטה : *vocem duarum literarum non dispergat inter paginas, sed integram transferat ad frontispicium alterius lineæ.* Tph. 7. 1. נודמנה לו תיבה בת חמש אותיות לא יכתוב שנים בתוך הדף ושלש חוץ לדף אלא כותב ג׳ בתוך וב׳ חוץ לא נשאר מן השיטה כדי לכתוב ג׳ מניח המקום פנוי ומתחיל מתחילה *si præstò est vox quinq; literarum, non scribat duas intra columnam, tres extra: sed 3. intus 2. foris. si non tantum restat de lineâ quod tres capiat, relinquat locum vacuum, & inchoet novam.* In Marg. אבל בשם רבינו תם שאין לכתוב אפילו אות אחת ממנו חוץ לשיטה *at juxta Doctorem Tom (qui plus de ornatu quàm integritate scriptionis sollicitus erat) non licebat ullam literam forinsecus ad margines reponere (fortè quid ibi non lineatum esset, quod suprà ut necessarium requirebant)* Soph. 5. 10. אלו שמות הנחלקין בית אל בית אין באר שבע ידיד יה הללו יה ל יוסי א׳ אין חולקין עמינדב צוריאל ישראל בבוכדנצאר . וכו׳ *hæ sunt nomina (propria, composita) quæ (in extremitatibus linearum) dividere licet, Beth-el, Beth-aven, Beer-seba, Iedid-ia, Hallelu-ia. R. Iose ait non dividi Aminadab, Zuriel, Israël, Nebucadnezar. &c.* sed mitto has subtilitates, & suis admiratoribus relinquo.

VI. NOMINA DEI reverentiæ causâ, multam circumspectionem requirunt, ut ritè scribantur. Alph. loc cit. השובל את הקולמוס לכתוב את השם לא יתחיל מאותו השם אבל מאות שלפניו ; *intingens calamum ut scribat nomen DEI, non ordiatur ab ipso nomine, sed ab antecedente literâ.* Jubent tunc attentissimos esse, & omni mentis devo-

devotione majestatem tanti numinis considerare, nisi totius libri sanctitatem vagis cogitationibus conspurcare velint. Tphill. 1. 15. אם בשעת כתיבה לא היתה לו כוונה וכתב אזכרות שלא לשמן פסולין *si quis horâ scriptionis non devotissimus est, sed mentiones DEI absq; illâ intentione scribit, omnia profana sunt.* Et ut exorcistas nullius spectri larva turbare debet in incantationis tenore, sic religiosum Judæum non ullius personæ respectus tunc commovere. Soph. 5. 6. הכותב את השם אפילו המלך שואל בשלומו לא ישיבנו היה כותב שנים ושלשה שמות כאחת מפסיק ביניהם ומשיב *si DEI nomina scribentem vel Rex aliquis salutet, non respondeat prius, quàm duo vel tria verba continuè subjecerit; tunc demum interspirare licet atque gratias agere.*

VII. CARMINA in lege bina tantùm sunt: unum in Exodo post transitum maris, alterum sub finem Deuteronomii. hæc ambo non ut reliquam prosam, sed suâ quâdam peculiari ratione describere oportet, ut primo statim intuitu appareat, esse cantica. quemadmodum versus in omni lingua differunt ab oratione liberâ. totum verò artificium consistit in principiis linearum rectè locandis. Tphill. 7. 10. יתה בראש חמשה השיטין למעלה משירת הים הבאים ביניהם ה' מת במצרים. ולמטה מן השירה חמש שיטין תחלת כל שישה מהן כך ותקח אחריה סוס ורוכבו וגאו: *In cantico Mariæ initia quinq; linearum superiorum hæc sunto:* (*Exod.* 14. 28.) *Venientes.* (*v.* 29.) *per siccum.* (30.) *Dominus,* (*Ibid.*) *Mortuum.* (31.) *In Aegypto. sed quinque inferiorum hæc:* (*Exod.* 15. 20.) *Et accepit.* (*ibid.*) *Post eam* (*v.* 21.) *Equum* (22.) *Et egressi sunt* (23.) *Et venerunt.* ויהי בראשי השיטין למעלה משירת האזינו ואעידה אחרי הדרך באחרית להכעיסו קהל שש שיטין. ולמטה ממנה חמש שיטין ויבא לדבר אשר האת אשר *verùm in cantico Auscultate, sex priores lineas occupent hæc initia.* (*Deut.* 31. 28.) *Contestabor* (*v.* 29.) *Post,* (*ibid.*) *Via.* (*ib.*) *In novissimo.* (*ib.*) *Vt irritetis eum.* (30.) *Congregationis. Quinq; postremas hæc:* (*Deut.* 34. 44.) *Et venit.* (45.) *Loqui* (46.) *Quæ,* (*ibid.*) *Istius.* (47.) *Quam.* Si quis hoc negligit, textus corruptor audit. §. seq. 11. שכותב שירה כשאר הכתב הרי זה פסול *quicunq; carmen instar prosæ scribit. ecce tu profanator est!* Improbatur itaque illorum Periergia & inanis diligentia, qui ut omnes lineas à vav inchoent, textum modo lacerant, modo in contrarium nimis arctè condensant. quos R. Ulrian ib. in marg. reprehendit נהגו סופרים בזמים להתחיל כל עמוד בו"ו ונראה איסור גמור כי ביש מקומות קצרים ועשים אותיות ארוכות הרבה כדי שיגיע ו"ו לראש כל עמוד כאשר סדרו לו ובמ"ס הקוסף נרשין לא יעשה הכתב מפני הריוח והנה

והנה כתבתי למורי ז"ל והסכים על ידי והשיבני כי לא נכון בעיניו אך סופר אחד היה ר' ליאונטין ממול הון שהראה אמונתו. עכ"ל. *fatui quidam scribæ solent omnem columnam à vav incipere: id videtur mihi grande nefas, quia interdum decurtant scripturam, aliquando literas nimis prolongant, ut attingat vav caput columnæ, quod sibi præsumpserunt. In capite Haquomez. (quod est 1. Maß. Menachos in Talm.) legimus: nemo minuat scripturam propter spacia. Ecce tamen consului meum præceptorem p. m. qui prorsus mecum consensit, & rescribens id minimè sibi placere: authorē verò esse quendam R. Leontin Mülhusanum, qui sic artem suam ineptè ostentarit. hac ille.* Taxat deinde alios, qui ut nomini suo memoriam quærāt, illud columnarū frontibus intexunt, scriptioni similiter vi facta. דחקו עצמם לעשות וראשי עמודים אלו ראשי שיטות אלו ולעשות שמו בראשי הדפין וסת העשוי כן פסול שהרי פרשה ויהודה אתה יודך פתוחה אם כן אי אפשר להיות בראש הדף *urgent seipsos facere principia columnarum aut linearum talia vel talia, & locare nomen suum in paginarum capitibus. Etusmodi libros habeo profanos. nam ecce parscha, v. g.* IEHUDA *telaudabunt (gen. 49. 8:) aperta esse debet, (hoc est, spaciumante se habere, ut mox dicetur) ita aq; non possibile, ut occupet initium paginæ.*

VIII. SPACIA non pro arbitrio relinquebāt; ut Poligrammateorum pulli nobiscum, qui rusticis folia nec paragraphos, pro ære suo adnumerant: sed omnia traditione majorum metiebantur, à quorum formulis, religionis metu nè hilum quidem hodie discedunt. Tph. 7. 4. יניח בין כל תיבה ותיבה כמלא אות קטנה: ובין אות לאות כמלא חוט השערה: ובין כל שיטה ושיטה כמלא שיטה: *relinquat inter literas spacium fili vel pili; inter dictiones, quantùm occuparet litera quadam parvula: inter lineas autem pro mensurâ linea.* v. 10. יהי ריוח שבין פרשה לפרשה כמו תשע אותיות אשר אשר אשר *spacium inter Parschas (h. e. 54. sectiones legis.) esto magnitudine novem literarum, ut vox* אשר *ter scribi possit.* vers. 7. מניח בין כל חומש וחומש ארבעה שיטין פנויות בלא כתיבה לא פחות ולא יותר ויתחיל החומש מתחלת שיטה חמישית *inter quinarios (h. e. quinque libros Mosaicos nostræ divisionis) relinquat quatuor lineas vacuas absq; scripturâ; non plures nec pauciores: & ordiatur sequentem librum ab initio quintæ.* vers. 14. מותר לכתוב התורה כל חומש וחומש בפני עצמן ואין בהן קדושת ספר תורה: *licet quidem etiam singulos quinarios (nostro more) seorsim scribere: sed tunc nulla in ijs est sanctitas honorabilis (de qua infra.)* Alph. 349. a. תניא הכותב סת לא יעשנו באמצע הדף כמו שנוסר בחומשין אלא מקצר ועולה עד סוף הדף א"ר הושע כל ישראל באמצע הדף איתמר אף באמצע השיטה רב אשי שמה דוקא: *vetus traditio extabat; legem descripturus non finiat in medio paginæ,*

quo-

quo loco desinere solent Quinarii, sed contrahat (columellas) ut cum fine terminet. Sed R. Iosua dicit, clausulam: omnis Israël, (Deut. ult.) pertinere ad medium paginæ: Ithamar addit, etiam ad medium lineæ: Raf Ase conciliat; illuc maximè (si nimirum citra coactionem deformem posibile sit.) Porrò præter ista, sunt & alia passim in lege spacia, quæ inde à Mose hucusque observata sunt religiosè; & à nostris quoque Typographis notata literis ם & ס; quarum illa פתוחה sive *apertam*, hæc verò סתומה *clausam* significat. De his Maym. toto cap. 8. agit, singulas prolixo catalogo recensens; anteà tamen utriusque mensuram proponens: quam pridem inde transtulit Cl. Buxtorfius *in Abbrev. Hebr. p.* 141. *& seq.* ego proinde hîc repetere nolo; cui nunc ea tantùm afferre mens est, quæ meo scitu latinis prodita non sunt hactenùs. verùm paulò aliter, nè dissimulem, tradit ea Baal-Mass. sub fin. cap. 1. איזהו פתוחה כל שלא התחיל בראש השישה ואיזהו סתומה כל שהניח באמצע השישה וכמה יניח כדי לכתוב שם של שלש אותיות *quænam est* Aperta? *omnis quæ non à principio lineæ inchoatur. quæ verò* Clausa? *omnis quæ in medio relinquitur. quantum hoc spacium? ut vox trium literarum scribi possit.* intellige de minimo: nam meum exemplar & omnia quæ vidi, hiant amplius.

IX. Hæc ritè sic confecta sequebatur CORRECTIO, ut Exemplaria essent quàm emendatissima. Non autem licebat eam in ocioso aliquod tempus differre; sed ut apud ICtos Appellationes suos habent fatales terminos, intra quos prosequendæ sunt aut postea deserendæ: ita hæc correctio intra mensem unum, sive XXX. proximos dies à fine scriptionis necessariò erat suscipienda, nisi quis insumptam omnem operam voluerit inanem. Alph. 347. b. סת שאינו מוה א' ר' אמי עד שלשים יום מותר לשהותו מכאן ואילך אסור לשהותו משום שנ' אל תשכן באהליך עולה: *De libro legis nondum correcto ait R. Ammi, ad trigesimum diem licet eum retinere, sed ulterius & deinceps procrastinare nefas est, secundum illud (Iob. 11. 14. ne habitare sinas in tabernaculis tuis pravitatem.* Maym. addit. 7. 12. אלא יתקן או יגנז *sed corrigatur aut removeatur.* Potuit tamen aliquid tàm negligenter exaratum fuisse, ut plus operæ correctio requisiverit, quàm iterata scriptio. in tali consultiùs erat totum abjicere, quàm tot lituris fœdare: ut Chirurgi solent immedicabile vulnus ense nonnunqu árecidere. Inde mendis certus numerus est constitutus; ut quondam in Lege Fusiâ Caninià servorum testamento manumittendorum. R. Alph. 349. a. med.: תניא ספר שיש בו שלש טעיות בכל דף ודף יתקן ארבע יגנז *Traditio. si quis liber tria tantùm errata continet singulis paginis, corrigilius est: sin 4. vel plura, rejiciatur.* Id verò limitat Maymonides, & de

erroribus omissionis non commissionis vult intellectum. Tphil. 7. §. 13. בזא שכתב הסלא חסר שנמצא תילה האותיות ששכח ביני השיטות אבל אם כתב החסר מלא אפילו יש בכל דף ודף כמה טעיות הרי זה כתקן מפני שהוא נורר ואינו תולה: *dictum puta de eo, qui scripsit pro pleno defectivum, & suspendere cogitur literas, quarum oblitus est, interlineas: at si contra, redundans aliquid posuerit, quamvis in singulis paginis plura commiserit errata, tamen ea corrigere licet; ratio quia tantùm eradit superfluum, nihil inserit.* Pro insanabilibus autem habentur Sphalmata spaciorum & carminum. c. 8. §. 3. אבל אם טעה ברוחות הפרשיות וכתב פתוחה סתומה או ששינה צורת השירות הרי אין לו תקנה אלא לסלק את כל הדף שטעה בו *verùm si aberravit in spatiis Parscharum, aut scripsit Apertam pro Clausâ vel contra, item si canticorum formas pervertit, ecce non habet aliam correctionem. nisi ut prorsus tollatur universa columna talis.* Hinc jam gravis oritur Disputatio inter Apellas. de nominibus & cognomentis Dei; an, quæ, vel quatenus ea corrigere fas sit? nè quid horum in contumeliam Divinæ majestatis vergat. miserescimus equidem superstitionis hujusmodi; sed nostrorum multis indignari debedamus, qui eò securius illud assumūt in vanum, quò Judæi abstinent delicatius! scribunt reverentius! corrigunt timidius! non delent prorsus! Alphes. 348. b. המוחק אית אחת מן השם עובר בלא תעשה א"ר ישמעאל לכך נאמר ואבדתם את שמם מן המקום ההוא ונאמר לא תעשון כן לה' אלהיכם: *delens unicam literulam de nomine divino, peccat graviter contra prohibitionem. Id probat R. Ismaël (in Mass. Soph. 5. 6. tribuitur hoc R. Simeoni) ex illo dicto (Deut. 12. 3.) perdatis nomina Idolorum: ubi disertè additur: non sic facietis Domino DEO vestro.* Soph. 5. 12. הכתב את השם על בשרו לא ירחץ ולא יסוך ר' יוסי מתיר ובלבד שלא ישפשף: *qui scripsit DEI nomen super carnem suam, non lavet nec ungatur. R. Iose permittit, modò id non sponte abstergat.* Quid ergò si perperam scriptum, annè sic relinquendum nec emendandum! hîc primò distinxerunt inter ipsum nomen & literas serviles ipsi adhærentes. Soph. 4. 3. כל האותיות המשמשות לשם בין מלפניו בין מלאחריו הרי אלו נמחקין כגון ביהוה אלהינו ויש אומרים כם מאלהיכם לא נמחק: *omnes literæ serviles tàm anteriores quàm posteriores deleri possunt, velut præfixa & suffixa. &c. sunt tamen qui dubitant de* בם *vester.* deinde discrimen commenti sunt inter cognomina Dei; non omnia ejusdem esse authoritatis. quædam certâ constructione fieri profana. Ib. v. 5. אדני האדנים הראשון קידש והשני חול אלהי אברהם קדש ואלהי נחור חול: *Dominus dominorum, prius sanctum est, posterius profanum. DEVS Abrahæ sanctus, ad DEVS Nahor profanus est.* Tum varios casus confinxerunt, qui (nescio an præ devotione) possint contingere. Tphil. 1, 16. שכח לכתוב

לכתוב את השם כולו הולה אוהו בין השיטות אבל מקצת השם בשטה ומקצתו תלוי פסול : *si quis oblitus est nominis totius, suspendat illud integrum inter lineas. at partem in lineâ locare, reliquâ parte suspendere impium est.* (*sed non aequè ac essentiæ unitatem dividere velle*) Ibid. in marg. א ר׳ שמחא הקיתב יהודה ולא נתן בו ר׳ יתלנו למעלה . היה לו לכתוב את השם וכתב יהודה עשה מר׳ האי ומיחק ה׳ אחרון *docet R. Simcha: si scripturus nomen Iehuda omisit Daleth (quo casu cum Tetragrammato confunditur) inferat illud supernè. Contra, si DEI nomen scripturus impudenter scripsit Iehuda, faciat He ex Daleth, posteriori He deleto.* De hisce nunc satis.

X. Superest LIGATURA, quæ non minus ad Regias curas pertinebit ac præcedentia: hodie nostris Bibliopegis relinquitur. Hîc verò filo nihil opus est non serico, ne dum cannabino; fides quadrant membranis. Tphill 9. 13. אין תופרין הירישות אלא בגידין של בהמה טהורה זה הלכה למשה מסיני : *cortinas aliter non consuunt quàm nervis animalium mundorum. Est q. hoc ab authore Mose de Sinai.* sed nè scripturam deforment nodi, nectuntur extrinsecùs. Ibid. Marg. בספר פסק רבינו תם היה כותב שהתפירה תהיה מבחוץ ולא מבפנים : *In libro Piske doctoris nostri Tom, monemur, ut sutura fiat foris, non verò intus.* prudentiæ verò est, non totum consuere, nè circumvolvendo rumpatur. Soph. 2. §. 11. א ר׳ שמעון בן אלעזר צריך שיהא משייר מלמעלן ומלמטן שלא יקרע *monet R. Simeon f. Eleazari, necessariò aliquid relinquendum esse supernè & infernè, nè dirumpatur.* Quid verò si casu quodam rumpatur in futuris, vel vetustate laceretur alibi? Ibid. 5. 14. ספר שהותך התפר שלו אחת תורו ויתפור גם שנית תורו ויתפור שלישית לא יתפור *libri futuram quæ dissoluta est, primâ vice resarciunt & secundâ, sed tertiâ non amplius.* (*nè margines toties accisi penitus amittantur*) Tphil 9. 15. סת שנקרעה בו יריעה בתוך שתי שיטות יפתיר בתוך שלש לא יתפור בדא ביתן שאין עפצו ניכר אבל אם ניכר עפוץ בין תיבה לתיבה יתפור ויהר שלא תחסר אות אחת או תשתנה צורתה : *si cortina quædam lacerata est intra lineas duas, resarcitur: intra tres, non sarcitur. dictum puta de veteribus, quorum galla (seu nigredo) evânuit. at si adhuc agnoscitur scriptum, licet inter dictiones consuere; sic tamen nè qua litera pereat, vel figura ejus pervertatur.* Tandem binos cylindros tornare oportet, cum manubriis congruentibus & decoris, ad quos totum volumen extremitatibus suis affigatur, ut aptè convolvi & revolvi possit. vers. præc. 14. עושה לו שני עמודים של עץ אחד בתחילתו ואחד בסופו ותופר העור משייר על העמודים בגידים כדי שיהא גלגל עליהן וירחיק *paret sibi duas columellas ligneas, unam pro initio alteram pro fine, & assuat illis redundantem utrinque membranam, per nervos, sic, ut convenienter circumvolvi possint; relicto quodam spacio.* Cætera quæ ad ornatum exteriorem pertinent, libera sunt,

sunt, & relinquuntur cujusvis arbitrio atque liberalitati. Requirit enim quoque המטפחת *linteamina* quibus obvolvatur, תיק *thecam* quâ muniatur, הארון *arcam* quâ recondatur, המגדל *turriculam* ut super astantes emineat, & כסא *pulpitum* quo recumbat. vidi etiam argenteos clypeolos, gemmis distinctos, cum insculptis festorum titulis, ad quorum solennitates diversi præfigebantur. Item involucra holosterica; quibus circumciforum nomina erant acu intexta. nec non stylum vel indicem grandi adamante conspicuum; & alios apparatus.

Cæterùm quæ hactenus recensui, non omnia sunt de substantiâ libri sacri, quorum omissio eum vitiaret; sed aliqua partim ornatus partim diligentiæ causâ fieri solita, ut scribas acuant & lectores juvent. Tph. 7.9. כל הדברים האלו לא נאמרו אלא למצוה מן המובחר ואם שינה שלא דקדק או שקרב את השטין או הרחיקן או האריכן או קצרן הואיל ולא הדביק אות באות ולא חיסר ולא הותיר ולא הפסיד צורתן הרי זה כשר: *hæ res dictæ sunt tantùm de selectißimis: at si quis paulùm variet, nec usq; adeò subtilis sit, v.g. si lineas ducat anguſtiores vel ampliores, longiores aut breviores, modò litera non cohæreant, deficiant, redundent vel pervertantur, ſcriptio tolerabilis erit.* Ut ergò sciatur, quænam sint necessaria libri requisita colligit ea Maym. ab init. cap. ult. Tphillin. & per Anacephalæosin recensetur viginti vitia, quorũ singula totũ volumẽ profanẽt atq; inutile reddant, *1. pellis immundæ beſtiæ. 2. mundi quidẽ animalis, ſed non ritè parata. 3. non hâc intẽtione parata. 4. incompetente loco perſcripta, v. g. pergamenũ carnis, mẽbrana pilorum ſitu. 5. exaratũ in heterogeneis. 6. in corio. 7. abſq; lineato. 8. atramẽto evanido. 9. alienâ linguâ. 10. ab hæretico vel inepto. 11. ſine devotione numinis. 12. ubi literula deficit. 13. vel redundat. 14. aut vicinam tangit. 15. character eſt ambiguus, perverſus, perforatus, obliteratus. 16 mimis anguſtè vel latè diſtãt voces. 17. ſpacia parſcharum erronea. 18. carmẽ ut proſa. 19. vel hæc inſtar illius. 20. debitis nervis non ligatum.* Audi verò quid fiat de reprobatis exemplaribus. aut docent inde pueros: Tphil. 7. 11. אם כתב פתוחה סתומה או שיהה כשאר הכתב אין בו קדושת סת כלל אלא כחומש שבלמדין בה התינוקות *ſi paragraphum apertum pro clauſo ſcripſit, vel carmen inſtar proſæ, nulla prorſus in eo ſanctitas eſt, ſed habetur ut pentateuchus, è quo parvulos inſtituũt.* aut sepeliunt cum hominibus probis. c. 10. v 3 סת שבלה או שנפסל נותנין אותו בכלי חרש וקוברין אצל תלמידי חכמים וזו היא גניזתו מטפחות שבלו עושין תכריכין למת: *libros inveteratos vel profanatos includunt vaſi teſtaceo & ſepeliũt juxta ſtudioſum ſapientiæ. Et hæc ipſa eſt illorũ remotio vel occultatio (de qua paßim ſupra) E linteaminibus autẽ ſenio attritis faciunt involucra mortuo.* aut deniq; comburunt, si ab

ab Hæretico scriptum sciant. Alpheſi 349. b. גרסי כפ השולח א ר נחמן נקישינן ספר תורה שכתבו מין ישרף נמצא ביד מין או כתבו גוי ינגז *legimus in cap. Haſſcholeach (4. lib. Talm. Gittin) dixiſſe R. Nachman: nactus librum quem ſcripſit hæreticus, comburat: ſed repertum in ejus manu, vel ab Ethnico ſcriptum, abſcondat tantùm (ut prius)* Coronidis loco quæſtionem ipſis moveo, an ſi hodie poſt repertam Typographiam, in priſtinum locum & dignitatem reſtituerentur, non hoc labore ſcribendi ſupersedere poſſint, præſertim Rex illorum ad operas generoſiores natus. non opinor: quia DEUS mandatâ duplici ſcriptione hoc maximum egiſſe videtur, ut ſic omnia menti altius imprimeret: quod ſanè unicum erat & præcipuum Regis Studium, ſua Grammatica ſua Philoſophia, ſuum Corpus Juris, ſuæ omnis ſapientiæ Pandectæ nè quis in hoc Theoremate prolixiorem fuiſſe miretur, aut quicquam à Regis officio alienum attuliſſe.

Theor. VI.

Et alterum ſemper ſecum ferre, ut indeſinenter legeret.

SUnt qui ſtudia Principes dedecere putant, fortè quòd Græculus aliquis literio iis ad impietatem abuſus eſt, aut quidam homo de ſcholâ in publico ſe ridiculum præbuit. verùm quia imperandi ars multò maxima eſt, quæ meris experimẽtis aut miſerè aut nimis tardè diſcitur, ſapere meritò creduntur Hebræi, qui eruditionem tum in Rege, tum in Magiſtratibus cæteris inferioribus requirunt. quomodo enim religiones diſcernere, ac ſuum cuique tribuere poſſit is, qui ſcripturarum & juris imperitus eſt? Maym. Hal Sanhedr. init. c. 2. אין מעמידין בסנהדרין אלא אנשים חכמים ונבונים מופלגים בחכמת התורה בעלי דיעה מרובה ויודעים קצת משאר חכמות כגון רפואות וחשבון והקופית ומזולות ואיצטגנויות ודרכי המעוננים והקוסמין והמכשפים והבלי עבודה זרה וכיוצא באלו כדי שיהיו יודעים לדון אותם: *non conſtituunt magiſtratus niſi viros ſapientes, prudentes, exercitatos in lege, doctos valdè, ſcientes quoq; aliquid de cæteris artibus, velut Medicinâ, Arithmeticâ, Calendario, Planetis, Aſtologiâ, & modis divinationum, præſtigiarum, veneficiorumq;: item ipſam Idololatriam & talia, ut illa dijudicare valeant* Ibid. v. 7. וצריך להשתדל ולדבוק שיהיו כולן בעלי מראה נבוני לחש ושידעו ברוב לשונות כדי שלא תשמעון בפי התורגמן *attendere oportet & diligenter exa-*

Plausare, ut omnes sint aspectabiles, taciturni dissimulandiq́, periti, gnari Aurium linguarum exoticarum, nè per interpretem audire cogantur. Et cum Rex sit caput illorum omnium, utique membris suis non debet rudiores esse, sed præcipuè in pietatis studio, quæ summa rei est, omnes antecellere. nam cæteræ minùs placent literæ, quæ ad virtutem doctoribus suis nihil prosunt: *ait Marius apud Salust.* & sufficit hanc nosse si non alia datur assequi plura. ὁ χρήσιμ' εἰδώς, ἢ χ ὁ πᾶσ' εἰδώς, σοφός. (ut est in veteri dicterio) *non qui multa, sed utilia scit, sapit.* Ideoque unum legis librum, & solum, & semper, Judaicos principes legere jussit Deus, Jos. 1. v. 8. *non recedat liber legis hujus ab ore tuo. sed meditetur in eodie ac nocte, ut observes facere omnia quæ in eo scripta sunt. sic enim prosperabis vias tuas. & sic sapies.* Iste nihil adulatur, nihil celat; recte consulit melius dirigit, optimè deducit: non ex amore, non odio, non partium studio quicquam suadet, semper idem & sibi similis, h. e sanctus; tristem exhilarat, consternatum erigit, ferocientem compescit, exorbitantem ad viam reducit: informat doctrinis, allicit exemplis, cogit legibus. Itaque meritò tantoperè commendatur Regi, ut inde discat Deo fidere, subditos regere, hostes vincere, seipsum humiliare. quod latè persequitur R. Abrah. Seba in Zer. ham. P. Schoph. אחר שאין לו להרבות סוסים ונשים וכסף איך ילחם עם אויביו נתן לו תיקון לכל זה בתורה אם באים הם בנצחונו של בו אתה בא בנצחונו של מקום כשהיה ה' בראשך לא יחסר כל בך בתורה נאמר נחמדים מזהב ומפז רב שקר הסוס לתשועה וברוב חילו לא ימלט מן סת ילמד ליראה את ה' ולא את המלכים לבלתי יחשא להתנאות על עם שהם אחיו ובני סלכים: *postquam ipsi prohibitum est multiplicare equos, mulieres, argentum, quomodo pugnabit ergò cum hostibus suis? dedit ei remedium adversus hæc omnia in lege. si veniunt illi fiducia carnis & sanguinis, tu contra audentior ito fretus auxilio DEI, quando hunc in acie præsentem habes, nemo deficiet è tuis. De lege dictum est, desiderabiliorem esse auro & obrizo; de cæteris verò, vana salus equi, nec quendam abundantia facultatum eripit. E libro legis discet timere DEVM solum, non ullos reges; nè peccet vel efferatur supra populum, qui appellantur fratres ejus & quoq, filii regum. &c.* Quod autem legis librum continuè secum habere jussus est, H. Mel. 3. 2. : אם יוצא למלחמה אם יושב בדין אם מסיב הוא תמיד כנגדו *sive in castra exeat, seu domi rem administret, vel etiam discumbat,* limitant Rabini, & de puris tantùm locis accipiunt, nefasque putant in balneum, latrinam vel thalamum ferre, imò nè in propinquo quidem legere, sed jubent inde passus aliquot elongari. Tphil. 10. 6. לא יאחז אדם סת בזרועו ויכנס בו לבית הסרחץ או לבית הכסא או לבית הקברות אעפ שהוא כרוך במטפחות וגתון בתוך התיק שלו ולא יקרא בו עד שירחיק

שירחיק ארבע אמות *nemo qui legù librum in brachiù tenet, cùm eo vadat in lavacrum, cloacam, vel cœmiterium sepulcrorum, quamvis involutus sit linteaminibus suis & thecæ inclusus: nec legat illum, prius quàm inde (quin etiam à mortuo) minimum quatuor ulnas absit.* Recordor hîc quòd sanctulus quidam Judæus, de talibus libris à me rogatus, cum ante quadriennium in pago Hæmedorf unâ iremus, juxta fimetum de illis nê responderè quidem noluerit, veniam & dilationis licentiam hypocriticè precatus. credi vix potest quantum huic libro legitimè scripto tribuant, quàm superstitiosè honorent. juvat afferre paucula. Soph. c. 2 § 11. 12. 13. לא ישמש אדם סת מחיקו שנותנו בו דרך בזיון ולא יתנגן על נבי ארכובותיו ויתן אצילו עליו ויהא קורא כדברי ר נחמיה : לא יתנגן על נבי הכסא ויהא תלוי אלא אותו בידו באימה וקורא בו . אין זורקין ספרים מסקום למקום : לא יתנגן על נבי מטה לא במרגלות המטה ולא תחת המטה ולא ישב אדם על נבי המיטה והספרים עליו : *nemo projiciat librum è sinu suo, quod vergeret ad contumeliam ejus. non ponat super genua, & innitatur cubitis ut sic legat, secundum R. Nehemiam, non sit in pulpito suspensus, sed teneatur manu cum timore, atque sic legatur. nemo dispergat de loco in locum, non reponat in lecto, nec ad pedes, nec infra lectum. nemo insideat lecto. super quo jacent libri.* §. præc. 10. לא יהדוקנו מתוכו אבל מהדקו מבחוץ הנתון סת לחברו לא יתנגן אלא בימין והמקבל לא יקבלנו אלא בימין *non apprehendat eum in medio vel intrinsecus, sed circa oras exteriores. porrigens proximo exhibeat dextrâ, & ille accipiat eâdem manu.* Tphil. 10, 8. ירחצו ידיהם ואחר כך יגעו בו *lavent manus, postea demum attingant* quod & Turcæ, ante contactum Alkurani requirunt. observavi enim in exemplari, quod mihi videndum præbuit Nobilis. & Stren V. Dn. Wolfg. ab Vhrmül, Consil. Würtemb & Super. Præf. Urbb. Cantst. ac Waibling. &c. corio id extrinsecus à bibliopegâ impressum fuisse arte sculptoriâ, & prohibitum nè quis impurus attrectaret; tali formulâ literarum *Schulschi* deauratâ, qualem appinxi. quæ ad verbum sonat: NON ATTINGAT NISI MUNDUS. nam gloriantur, hunc librum esse DEO proximum,



præstare creaturis omnibus ipsis quoque angelis: vitâ igitur indignum, qui eum quacunque ratione dehonestet. proinde osculantur crebrò, non passi ut eum Christia us attingat. quo in Zelo ipsis etiam Judæis fervidiores sunt qui haud gravatim indulgent ut suum nos attrectemus, modò non manibus illotis Maym. H Tphill.

כל הטמאין אפילו נדות אפילו גוים מותר לאחזו סת ולקרות בו c. 10 § 8.
שאין דברי תורה מקבלין טומאה והוא שלא יהו ידיו מטונפות או מלוכלכות
pollutis omnibus, etiam menstruatis, etiam Gentilibus concessum est apprehendere volumen legis, & in eo legere: quoniam divina lex non recipit ullas sordes, tantùm caveant, nè manus sint uspiam conspurcatæ vel luto commaculatæ. totum hoc æstimant ex intentione: nempè si quis cognoscendi animo faciat non irridendi. aliàs reverenter eum habent, assurgunt ipsi, supra cæteros collocant, nunquam aliis supponunt,
אין מניחין נביאים וכתובים על גבי חמשים ולא חומשים עם סת Ibid. § 7.
non relinquunt prophetas & hagiographa super pentateuchum, neq; hunc supra volumen legis. § 9.
כל הרואה סת כשהוא מהלך חייב לעמוד בפניו עד שיתכסה מעיניו ואם מותר לישב
quicunq; videt librum legis quando circumambulat, tenetur ipsi assurgere, & in illius conspectu stare, donec eripiatur oculo; tunc demum assideri licet §. 10.
לא ירוק אדם כנגד סת ולא יגלה ערותו ולא ישטוח רגליו כנגדו ולא יניחהו על ראשו כמשאוי ולא יחזיר אחריו
nemo exputet coram libro, nec revelet turpitudinem suam, nec expandat pedes adversus illum, nec gestet supra caput instar oneris, nec obvertat ipsi dorsum. §. 11.
היה מהלך ממקום למקום לא יניח סת בתוך השק עם החטור וירכוב עליו ואם מתפחד מן הגנבים מותר ואם אין שם פחד מניחו
si quis peregrè proficiscitur, non relinquat librum in sacco super asinum cui inequitat, nisi fortè sit metus à furibus: sed gerat in sinu è regione cordis sui, & sic equitet. Ibid.
כל מי שישב לפני סת ישב בכובד ראש באימה ופחד שהוא העד הנאמן לכל באי עולם עם והיה שם בך
qui coram ipso sedet, assideat inclinato capite cum reverentia & timore: quia testis est fidelis contra omnes venientes in hunc mundum, sicut dicitur (Deut. 31. 26.) esto ibi contra te in testem. honora igitur pro posse tuo. Ibid.
אמרו חכמים הראשונים כל המהלל את התורה גופו מהולל והמכבד גופו מכובד
dicere solebant prisci sapientes: qui librum legis dehonestat, ejus quoq; corpus dehonestabitur: & qui honorat vicissim honorabitur. Honoris hujus particeps est etiam omnis ornatus. §. 4.
התיק והמטפחות והארון והמגדל והכסא שהוכן להניח עליו סת וכן דמוני
כסף וזהב שעושין לנוי הכל תשמישי קדושה הן ואסור לזרקן אלא כשיבלו או
ישברו ננזין
Theca, involucra, capsula, suggestus, pulpitum in quo recumbit; item apparatus argenti & auri, quem addunt pulchritudinis causâ: cuncta sunt supellex sacrosancta quam abjicere nefas est. sed decenter abscondere oportet, cum senescunt aut franguntur. Ad honorem quoque pertinet, cavere, nè quis vendat, nè fame quidem urgente: ubi tamen bini casus excipiuntur. §. 2.
אסור למכור סת אפילו אין לו מה יאכל ואפילו היה לו ספרים רבים ואפילו ישן ליקח בו חדש לעולם אין מוכרים אלא
לשני דברים שילמוד תורה או שישא אשה בדמיו
prohibitum est vendere librum,

librum legis, etiamsi quis non habeat quod edat, vel possideat plures libros tales, vel iste sit inveteratus, ut pro eo novum emat; in perpetuum nunquam vendat: nisi duobus hisce casibus, ut ejus pretio aut discat legem, aut uxorem ducat. In marg. אר ביתו ראוה אינו סימן ברכה לעולם *secus nullum domi suæ benedictionis signum unquam visurum.* addit tamen commentator, si esurientis vita periclitetur forsitan conniveri posse. At emere licet, ab iis qui pro mercede scribunt, modò jurent debitam se devotionem adhibuisse. Sed à Christianis non facilè nec care redimunt, ob causam quam fures illi in ignominiam nostram confinxerunt. Tph. 1. §. 13. אין לוקחין ספרים מן הגוים ביותר על דמיהן שלא להרגיל אותן לגנבן ולגזלן : *non recipiunt libros à Gentilibus magno pretio, nè assuescant eos nobis furari & per vim eripere.* quo strategemate olim Judæus Apostata Pfefferkornius, magnam vim auri popularibus suis sub specie religionis extorqueri posse speravit, etiam Divo Imp. Maximiliano id persuadere ausus; quæ Capnioni prima contentionis occasio fuit cum Colonienſibus. *Sleid. l. 2.*

Revertor ad Regem. Is ut studio legis cum fructu vacare posset, jussus est cæteras curas minuere, ac sobriam temperantemque vitam traducere nemo enim simul cauponariam, & literas exercere potest Bechai Parſ. Schoph. שאר מלכי האומות משתדלים ברבוי סוסים ועושין מאלו עקר ומלך ישראל יחסרבהן ויעשה מן התורה עקר ויקרא בה כל ימי חייו למען ילמד יראה *cæteri reges populorum occupantur multitudine Equorum, & illam habent principalem curam: at Rex Israël minuat ista, habeatq; præcipuam curam suam in lege, quam legere oportet cunctis diebus vitæ suæ, ut inde timorem DEI discat.* Maym. Hal. Melachim cap. 3. v. 7. המלך אסור לשתות דרך שכרות שנ' אל למלכים שתו יין אלא יהיה עוסק בתורה ובצרכי ישראל ביום ובלילה שנ' וקרא בו כל ימי חייו *Regi prohibitum est bibere tantum ut inebrietur inde, sicut dicitur* (*Prov.* 31. 4.) *noli reges potare vino: quin potius occupetur in lege & necessitatibus Reip. Israëlitica interdiu noctuq;, secundum illud* (*Deut.* 17. 19.) *meditetur in eo per omnem vitam suam.* Agnovit hoc ipse Muhammedes, voluptatibus alioquin deditissimus, vix posse strenuum Imperatorem esse, qui simul sit strenuus potator: ideò suis militibus vinum dissuasit. *Sureta Baccara* h. e. carmine Vaccæ v. 220

يَسْـَٔلُونَكَ عَنِ ٱلْخَمْرِ وَٱلْمَيْسِرِ قُلْ فِيهِمَآ إِثْمٌ كَبِيرٌ وَمَنَـٰفِعُ لِلنَّاسِ وَإِثْمُهُمَآ أَكْبَرُ مِن نَّفْعِهِمَا

rogabunt te (prophetam, cæteri homines) de Vino & Lusu (aleæ vel latrunculorum) responde (ipsis meo, id est, DEI nomine) in ambobus esse peccatum grande: recreatio (quidem sunt) hominibus, sed reatus illorum major quàm utilitas. Apud Indos ebrietas etiam in rege punitur, & si qua fœmina turpitudinem hanc vindicet, cooptatur à successore in thalamum. vigilet ergò cum Epaminondâ, dum ebrii cives crapulam edormiant, & animam sibi servet siccam, quam Socrates sapientiorem arbitratus est.

Theor. VII.

Neque enim legibus omninò solutus erat.

PLerique qui de potestate Principum aliquid commentantur, solent præter alias rationes etiam ad Jus Hebræum provocare, & illorum Regum exemplar, velut ab ipso DEO comprobatum, proponere: rectè quidem. nonnulli tamen Aulæ propiores, ut pro suis offis blandiantur vicissim, ea sic allegare ut magnatum conscientiæ laxentur, & asperiora quædam quasi divinâ lege concessa, securè usurpent scilicet ut perituscoquus, qui ad cujusvis Apitii palatum edulia parare novit, sic illi scripturis ad quidvis excusandum vel stabilendum abuti. Ego qui has artes (scholasticis alioquin utiliores) non didici, nec in eo cuiquam obnoxius sum, referam simpliciter & bonâ fide, quid de hoc in Hebræorum libris invenero, & Placentiam prætervectus iter Veronam rectà dirigam; in neminis præjudicium capiat inde quilibet quod volet. Præmonere autem vix opus est, non hîc agi de Statutis humanis, qualia omninò quilibet legislator pro circumstantiis emendare, mutare vel prorsus abrogare potest, si Reip. usus ita postulet: modò ad supremam legem, quæ POPULI SALUS est, cuncta referantur. Ubi utique locum habet illud Ulpiani: *quodcunq; Imperator per epistolam & subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit; legem esse.* l. 1. ff de Const Princip. quis enim legibus subiiceret, qui eas condendi potestatem habent? si olim Dictatores in bellum ituri à Romano Senatu ad tempus legum vinculis solvebantur, ut omnia pro re natâ commodius administrarent, eccur eum ligaremus ad temporana & minutula, penes quem Summa rei erat in populo

pulo sacro? potuit igitur de plano procedere, pœnas civiles mitigare vel exasperare, ut infra Theor. XIV. plenius dicetur: nisi seipsum ultrò & boni exempli causâ lubens submittere voluerit; quod sanè in probâ gubernatione plurimùm momenti habet, quoniam *componitur orbis Regis ad exemplum; nec sic inflectere sensus humanos edicta valent, quàm vita regentum.* Quemadmodum Plutarchus *in Apopht.* Antiochum commendat, ad Asiæ præfectos scripsisse: *si quid contrarium legibus per epistolam jussero, nolite parere; sed me ignoratione lapsum putate!* & Saulus ipse, quando adhuc novus atque probus erat, spontè se filiumque sorti submisit, 1. Sam. 14. 40. in re leviusculâ, ob pusillum mellis, non dignum quod Principi juventutis Jonathæ, periculum vitæ crearet. Quemadmodum frugi paterfamiliâs, licet ministris œconomiæ rationem reddere non teneatur, studet tamen illis parsimoniâ præire: sic bonus Rex ipsemet honestatis non necessitatis ductu observare leges quas sanxit in alios.

Sed quæritur hîc de Divinis sine Mosaicis legibus, an illis exemtus fuerit, quem Deus supra populi sortem evexit? Respondeo, æquè ipsum obligasse ac quemvis vilissimum de promiscuâ plebe. imò arctiùs, quia non tantùm per seipsum obedire jussus est, sed & alios ad obedientiam cogere, contumaces verò dignis modis punire. Hæc adeò causa est, cur non modo geminum exemplar suâ manu describere, sed & continuè illud legere debuerit, domi forisque. Aut putabimus né cum Rubenus incestum committit, Gen. 35. 22. Cainus fratricidium, Gen. 4. 8. Achan furatur, Jos. 7. 21. Laban idola colit, Gen. 31. 30. hæc sola esse peccata? quando autem David adulteratur & homicidium procurat, 2. Sam. 11. v. 4. & 15. Salomo alienos Deos amplectitur, 1 Reg. 11. 4. Achabus vineam eripit Nabotho per vim & dolos occiso, 1. Reg. 21. 10 heroicas esse virtutes? Inter Ethnicos quidem erant, quibus acclamabatur illa Tyrannis amica vox: *si liber licet: an nescis te Imperatorem esse; leges dare solitum non accipere:* unde non mirum est, unum incendisse Romam suavis spectaculi gratiâ, alteri cives occisos oluisse optimè, tertium universo populo cervicem unam optasse ut eodem ictu amputari posset: verùm in populo Dei, ubi omnes à minimo ad maximum censebantur fratres, Rex idem jugum legis subibat, quod cæteri ejusdem ortus, cum quibus omnia humana dicitur habere communia. Sap. 7. v. 5. proinde cum Ulsias leprâ percuteretur, non toleratus est in regiâ, sed habitavit seorsim, 2. Reg. 26. 21. ore recto, capite autem nudo, vestibusque laceris, sicut Moses præceperat lev. 12. 46. Præsertim verò tria Regi specialiter injuncta, nè scilicet Uxores, Equos vel Opes

multiplicaret, Deut. 17. 16. de quibus infr. Th. IX. X. & XI. dicetur amplius. Hæc tamen & talia Majestatem ejus nihilo minuebant. quid enim glorioſius quàm inculpatum eſſe ac DEO conformem? quæ major laus quàm ultrò nolle quod propitio DEO non poſſis? Ut tamen ejus honori lex quoque parceret, immunis erat à ritu fratriandi. numerant Judæi ſexcentas & tredecim leges inter quas iſta, Deut. 25. 5. *ut quis defuncti fratru ſuperſtitem viduam aut ducat: aut ſi nolit, in publico conſeſſu calceum ſibi extrahi, & cum infami exprobatione in os expui patiatur*: à quo ſolo Rex honoris ergò liber erat. Hal. Melach. c. 2. v. 2. המלך אינו חולץ שנ' וירקה בפניו וה בזיון ואפילו רצא אין שומעין לו שהמלך שמחל על כבודו אין כבודו מחול והואיל ואינו חולץ אינו מיבם *Rex non diſcalceatur, quia dicitur (Deut. 25. 9.) ſpuat in faciem ejus, quod eſſet contemptus. Ac quamvis vellet, tamen non obedirent ipſi. licet enim Rex honori ſuo renunciaret, honor tamen ejus non renunciaretur. Sicut autem non diſcalceatur, ita conſequenter nec fratriat.*

Jam in eo ſumus, ut inquiratur porrò, an verò in jus vocari potuerit Rex à quoquam, aut affici pœnâ, ſi legem fortè tranſgreſſus fuerit? Rabini affirmativè reſpondent; nec intelligunt extraordinariam reprehenſionem, quam juſſu DEI à ſingularibus viris ſpiritu cœleſti repletis experti ſunt. conſtat enim multoties à ſanctis DEI Prophetis increpitos, ut Achabum ab Elia 1. Reg. 21. 19. Aſſam ab Hanani. 2. Par. 16. 7. Amaziam ab alio. 2 Par. 25. 15. Herodem à Johanne baptiſta Marc. 6. 18 ſed ajunt ordinario judicio Reges ob tranſgreſſionem legis potuiſſe conveniri, & ad verberadamnari: quod mihi primùm legenti valdè paradoxum videbatur, quia ex noſtratium libellis præjudicio longè alio faſcinatus eram; ſed ulterius inquirenti, conſenſu totius antiquitatis Ebrææ confirmatum fuit. Vt verò benevole Lector! probè rem intelligas, obſerva id accipiendum 1. non da quovis Delicto, ſed tribus tantùm illis ſpecialiter prohibitis. 2. nec de quovis Actore, ne promiſcuæ multitudini ad res novas & ſeditiones jam ante ſatis pronæ, feneſtra rebellionis aperiretur, vel iniqui adverſus magiſtratum odii ſui virulenter evomendi occaſio præberetur: ſed à Synedrio magno regiæ poteſtatis compari. 3. neque quavis pœnâ, nedum capitali ſupplicio, ſed Vapulatione; Deut. 25. 2 turpi quidem nobis creditâ, ſed Judæis ob frequentem & univerſalem uſum minimè infami: quam Divus quoque Paulus quinquies ſuſtinuit. 2. Cor. 11. 24. Non exauctorarunt eos (ut barbari quidam ſuos) multò minus ad furcas damnarunt, ut Senatus Romanus Neronem. *Sueton. l. 6. c. 49.* minimè per inſidias necarunt, quia Diabolus tunc Clementinas, Caſtellanas, Ravaillacinas artes

ſimpli-

simpliciori seculo nondum calluerat, quando etiá simulatus tantùm Regicida, vanam gloriationem capite luebat 2. Sam. 1. 16. Cæterum vapulatio legalis taliter comparata erat. Si quis deliquerat mediocriter, quod nec mortem mereretur, nec etiam prorsus impune ferendum, adjudicabant ipsum Synedriales verberibus, & decernebant quot ictus ferre vel deberet vel posset. Ob simplex delictum nemo plures quàm Quadraginta plagas accipiebat: corpore debilis etiam pauciores. Nam hoc totum juxta vires æstimabatur, quoniam infirmiori sola semissis ad mortem sufficere potuisset. Oportet ergo Paulum corpore robustum fuisse; qui toties tot sustinuerit: quamvis vocem haberet gracilem. 2. Cor. 10. 10. vires autem considerabantur in præsenti, non futuro. At si quis dupliciter peccasset, accumulabantur ipsi plagæ, ut etiam quadragenas excederent. In quo sane errant, qui Judæos ex misericordia ictus XXXIX. ordinasse credunt, ne scilicet ipsa lege crudeliores haberentur, & tamen non multùm ab eâ recederent; sed factum est hoc ob triplicitatem numeri, ut in tergo binos acciperet dum in pectore singulos. video sententiam hanc mihi contra diffidentes, authoritate veterum esse muniendam. Sic igitur Maymonides Hal Sanhedr. cap. 17. initio. כמה מלקין את המחוייב מלקות כפי כחו שנ' כדי רשעתו אין מוסיפין על הארבעים אפילו היה חזק ובריא כשמשון אבל פותחין לחלש שאם יכה לחלש מכה רבה בודאי הוא מת: *quoties feriunt reum? tot plagis quot ferre potest. sicut dicitur (Deut. 25. 2.) juxta impietatem suam &c. non addunt (in simplici delicto) supra quadragenas, quamvis robustus sit ut Samson: minuunt verò debili. quia si eum crebrius ferirent, manifestè moreretur.* Et mox: כשאומדין את החטא כמה הוא יכול לקבל אין אומדין אלא במכות הראויות להשתלש שיכול לקבל עשרים אין אומדין ילקה אחד ועשרים כדי שיהיו יכולין להשתלש אלא ילקה יחד *quando peccatorem æstimant, quot ferre possit, attendunt simul ad numerum tripartitum, (& sumunt meritis proximè minorem) v. g. qui vicenos ictus sustinere valet, ei non decernuntur XXI. quamvis trifariam divisibiles, sed XVIII. tantùm.* אמרוהו לקבל ארבעים ומשהתחיל ללקות ראוהו חלש ואמרו אינו יכול לקבל יתר על אלו התשעה או השנים עשר שלקה הרי זה פטור: אמרוהו לקבל נ' ואחר שלקה ראוהו חזק ויכול לקבל יותר הרי זה פטור ואינו לוקה יותר על האומדי *si æstimarunt ipsi XXXX. ictus, at inter vapulandū animadvertūt esse debiles, nec posse ultra 9. vel 12. acceptos sustinere, dimittunt, contra cui XII. tantùm ictus adjudicati, quamvis in executione deprehendatur esse fortior & plures valere, absolvitur tamen, nec ipsi multiplicantur.* circ med. capitis. מי שנתחייב מלקות הרבה אם לא אמרוהו אומד אחר לוקה ומתרפא תחזור ולוקה: כיצד נתחייב שתי מלקות אמרו יכול הוא לקבל סה הכוהו

שלשים ומתרפא ותחזרין למלקות שנייה עד שילקה לכל *qui verberationes multas promeritus est (sive uno grandi peccato, seu pluribus coacervatis) si non ad unam continuam executionem damnarunt, vapulat aliquantum, deinde sanatur & postea vapulat reliquum. verb. gr. si XLV. plagarum reus est, accipit nunc XXX. & postquam curatus fuerit à vulneribus, cæteras XV.* Reus alligabatur columnæ sic ut nec staret prorsus nec sederet, sed incurvus penderet quasi. tum lictor à tergo positus, ipsum umbilicotenus nudatum percutiebat alternis antè & retrò, proportione sesquialtera (ut victores vel fabri nobiscum dolia & incudem) scuticâ singulariter ad id paratâ. Judicum verò unus ferire jubebat, alter ictus numerabat, tertius pœnæ justitiam accinebat. Juvat hoc iterum ex Hebræis comprobare. Maym. cap. præced 16. §. 8.

כיצד סלקין אותו כופת שתי ידיו על העמוד אילך ואילך וחזן הכנסת אוחז בגדיו אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו עד שהוא מגלה את לבו שאינו מכהו על כתפו והאבן נתונה מאחוריו שהחזן עומד עליה *quomodo verberant ipsum? vinciuntur ambæ manus ret ad columnam hinc & illinc, mox Inspector (seu apparitor) Synagogæ arripit eum vestimentis, sive rumpantur sive diffluantur parùm refert, modò pectus ipsi aperiat; quia non feriunt super tegmentum. lapis autem jacet retrò columnam, cui apparitor insistit.* Sequitur: ורצועה של ענל בידו כפולה לשנים ושנים לארבעה ושתי רצועות של חמור עולות וירדות בו ורוחב הרצועות טפח וארכה כדי שתהא מגעת עד פי כריסו והיד של רצועות שאוחז בה ארכה טפח *lorum vitulinum in manu suâ bis duplicatum erat, hoc est in quatuor fissum, in quo bini nodi trusatiles sursum & deorsum agitabantur, ex asinino corio (scilicet ut eum timere disceret, quem bos & asinus cognoscunt, Esai. 1. 3.) lori latitudo palmaris, longitudo autem quæ ad Rei ventrem pertingeret. Manubrium quo tenebatur, etiam palmi quantitate.* האיש חמכה צריך להיות יתר בדיעה וחסר בכח ומגביה את הרצועות בשתי ידיו ומכה בידו אחד בכל כחו ומלקהו שליש מלפניו על חזיהו בין דדיו ושני שלישית מאחריו שליש על כתף זה ושליש על כתף זה *Percussorem oportet plus valere scientiâ quàm viribus, nam attollit quidem flagrum utraq; manu, sed ferit tantùm alterâ, pro posse. infligit tres ictus abanteriori parte, super pectus, inter mammas; & bis ternos à tergo, tres scilicet in una scapula, totidem in alterâ.* המוכה אינו עומד ולא יושב אלא מוטה שנ' והפילו השופט שופט לא *percussus interim nec stat neq; sedet, sed inclinatus propendet, sicut dicitur (Deut. 25. 2.) prosternat eum Judex.* יהיה מביט בדבר אחר לפיכך אין מכים שנים כאחד. הגדול שבדיינים קורא כל זמן שזה לוקה אם לא תשמור לעשות והפלה ה' מכותיך וגו' ומתכוין שיגמור הפסוקים עם המלקיות ואם לא גמר חוזר לתחלת הפרקא והשני שבדיינים מונה והשלישי אומר לחזן הכה כל זמן שמכה על פיו הוא מכה *Iudex non respiciat ad ullam rem alienam; ideò nunquam simul duos verberant. Primarius inter-*

rius inter judices legit toto tempore, quo ille vapulat, hæc verba (ex Deut. 28. v. 58.) si non obediveris omnibus &c. mirificabit Dominus percussiones tuas. &c. studiosè attendens, ut hunc textum unâ cum plagis finiat; sin minus, repetat: Alter judicum dinumerat ictus; Tertius semper percutere jubet. Observemus etiam casus aliquot qui contingere solebant: quid factum si quis reus vel effugerit, vel in eodem delicto pluries recurrerit. item si sub pœnâ corpore debilitatus, aut omninò mortuus fuerit. cap. 17, § 10. נפסקה הרצועה פוטרין אותו : כפתוהו על העמוד ללקות וכרת את המיתרים וברח פטור ואין מחזירין אותו *si defecit lorum, dimittunt eum. (perinde ut ICti statuunt furem rupto laqueo decidentem, sustinuisse pœnam suam. per rationes quas affert D. Mart. Schickardus Prof. Herborn. agnatus meus, disp. XVII. ad Ius Iustin. Thes. IV. num. 6.)* Si ad columnam ligatus ut vapularet, dirupit nervos & fugit, etiam absolutus habetur, nec reducunt eum. cap. seq. 18. §. 9. מי שלקה בבית דין על אסור כרת ולקה פעם שנייה על אותו כרת עצמו כגון שאכל חלב אם אכל שלישית אין מלקין אותו אלא מכניסין לכיפה והוא מקום צר כפי קומתו ואינו יכול לשכוב בו ונותנין לו לחם צר ומים לחץ עד שיצרו מעיו ויחלה ואחר מאכילין אותו שעורים עד שכריסו נבקעת : *qui vapulavit in Synedrio propter peccatum sub Excisione vetitum, & vapulavit alterâ vice ob idem, v. g. quòd ederit adipem (prohibitum Levit. 3:17. & 7. 23.) si comederit tertiâ vice, non amplius verberatur, sed includitur cavea ad id factæ (quales etiam apud Monachos quondam in usu fuisse, ostendit locus quidam vicini cœnobii Bebenhusani) quæ humilior est humanâ staturâ, nec tamen sedendi facultatem præbet, ibi sustentatur pane afflictionis & aquâ pressuræ (quod præter meritum expertus est verax propheta Micheas 1. Reg. 22. 27.) usq; dum affligantur intestina ejus & agrescat. deinceps cibant illum hordeis, donec venter ejus dirumpatur.* iterum cap. 17. §. 9. מי שנתקלקל מכח ההכאה בין בריעי בין בכימי רגלים אין מכים אותו יותר שנ' ונקלה אחיך לעיניך אבל אם נתקלקל מן הפחד מקיזין ההכאה הרי זה לוקה *qui turpis fit ob vim percussionis, sive in fimo seu aquis pedum (h. e. urinâ; alterutro indecorè & præ debilitate reddito) is non amplius caditur, quia scriptum est (Deut. 25 3.) ne vilescat frater tuus in oculis tuis. At si tale quid committat præ timore ante percussionem, nihilominus vapulat.* cap. 16. §. 13. מת תחת ידו פטור ואם הוסיף ראשה אחת על האומד ומת הרי החזן גולה *si reus moritur sub manu lictoris, est is excusatus. at si addidisset unicum lorum ultra decretum, cogeretur exulare (ad urbem refugii: quas ut involuntarii Homicidæ, improviso casu consternati facilius reperirent, in omni bivio statuas Mercuriales erexerant prisci, cum exertâ manu & inscriptione מקלט Talm. Makkos. cap. 2. p. 10. b. Item Medrash Tillim super vers. 8. Psal. 25.)* Ista prolixius recensui, non quòd omnia directè huc pertinerent, sed quia

ritus illi Christianis ignotiores sunt; scitu tamen dignissimi, imò ad explicationem Veteris T. omninò necessarii Attigit ea quoque pridem diligentissimus *P. Fagius in notis ad Deut. 25.* & copiosius postea tractavit *Cl. Buxtorfius in præf. Abbrev. Hebr. ad illustr. Mornaum*: quos etiam confer si plura cupis.

Jam verò videsis Mosaicæ legis rigorem! quæ nè regio quidem sceptro se submisit: Hal. Melach c. 3. §. 4. לא ירבה לו נשים מפני השמועה לשמרו שהוא לוקה עד יהו ואם הוסיף אחת ובעלה לוקה : ולא ירבה לו סוסים אלא כדי מרכבתו אפילו סוס אחד פנוי להיות רץ לפניו כדרך שאר המלכים לוקה : ולא ירבה לו כסף וזהב להניח בגנזיו אלא כדי שיתן לשמשיו ואם הרבה לוקה : *non multiplicet sibi Mulieres: ex orali traditione hauserunt, licere usq; ad XVIII. ducere (de quo infra Th. IX.) at si superadderet vel unicam, vapularet. Non multiplicet sibi Equos, nisi quantum ad currus sufficit: si verò duceret vel unicum ante se ad pompam, ut cæteri Reges solent, vapularet. Non multiplicet sibi Opes, argentum & aurum, ut relinquat in privatis thesauris, ultra id quod erogandum est ministris: si excedit, vapulat.* Halachâ Sanhedrin. cap. 19. in prolixo catalogo ducentarum atque septé culparum quæ flagra merentur, sub finé ultimæ classis, ter nomen Regis occurrit. קסו מלך שהרבה נשים : קסו מלך שהרבה סוסים : קסת מלך שהרבה כסף וזהב *166. Rex qui multiplicat Mulieres. 167. Rex qui multiplicat Equos. 168. Rex qui multiplicat argentum & aurum. Subaudi ex præcedentibus; ille vapulat.* Estq; ista constâs veterû traditio, & posset etiâ è Talm. cap. Kohen-gadol; item è Siphri parf. schoph. & aliundè stabiliri, si unâ rè tot ies cum nauseâ repetere deceret. Nihilo fuit in hoc melior conditio Summi Sacerdotis, quâvis sanctissimi & abipso Rege reverenter habendi, quin potius aliquantum deterior in eo, quòd non tantùm ob varias pollutiones de facili cõtingétes dicto ritu cædi, sed & prorsus occidi potuit, si mortè ex lege mereretur. Hal. Kelehammikd. circ. med. c. 5. כהן גדול דן ודנין אותו ומעידין עליו ואין דנין אותו דיני נפשות אלא בבית דין הגדול בלבד *Pontifex judicat & vicissim judicatur, atq; testantur contra eum (liberè, modò verè; h. e. officii reverentiâ non obstante) sed capitaliter eum nemo judicat, nisi Synedrium majus solum.* Quod multùm abest à noto Canone Pseudapostolico Distinct. 40. *Si Papa sua & fraterna salutis negligens, deprehenditur inutilis, & innumerabiles populos catervatim secum ducit primo mancipio gehenna, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus; hujus culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse judicaturus, à nemine est judicandus.* & ab hoc responso Pauli. II Pontificis: *Ita nos ad Iudices revocas, ac si nescires omnia jura in scrinio pectoris nostri reposita esse?* Postquam verò res Judæorum labascere cœperunt, & ipsi Romanos Dominos timere,

nondum

nondum se tamen prorsus cohibere poterant Synedriales, quin à suis Regulis insolentiorum factorum rationes depoſcerét Ideò Herodem Galilææ præſidem in jus vocabant, ob factum minimè violentum, ſcilicet ut cauſam diceret, cur Ezechiam latronem cum ſociis, inconſulto Hyrcano ad ſupplicium rapuerit? quibus ſe ſtitit quidem Herodes, at cum damnatum iri præſentiſceret, clam elapſus, poſtea totos evertit: de quo ſic breviter Joſippus: יבקשו ממנו שיבא הורודוס מן הגליל להשפט עם דורשי דת חזקיהו ויבא הנער הורודוס ירושלימה ויעמוד לפני השופטים והוא לובש לבוש מלכות וחגר חרב מוהב ויער בו שמאי הזקן על גבה לבו ולא האזין אליו ולא אל הסנהדרין וכאשר דאה הסלך הורקנוס כי הסנהדרין כמעט היו נטרין את הדין להמית הסל עליו ואמר לא נעמור הדין היום עד למחר למען הציל אותו מידם ויברח הורודוס לילה וילך אל סלך ארם: *poſtularunt ab ipſo, ut veniret Herodes de Galilæa quò judicaretur ob ſanguinem latronis Ezechiæ. comparuit ergò juvenis Herodes, & Ieroſolymis conſtitit ante judices, Indutus veſte regiâ, & gladio deaurato cinctus. Ea propter exarſit in eum R. Schammai ſenior, commotus hoc faſtu: ſed non auſcultavit eos nec curavit Synedrium. Cum verò R. Hyrcanus animadverteret, quod Synediales ipſum damnaturi forent & parùm à ſententiâ finali abeſſet, miſertus illius fuaſit ut judicium differrent ad craſtinum; quò ſic eriperet eum. Itaq; clam elapſus eſt, & fugit noctu ad Regem Syriæ, &c.* Joſephus l 14. Antiq. c. 17. fuſius iſta deſcribens, recitat orationem, quâ eum cordatus ille ſenior Schammai exceperit, quando reliqui collegæ qui abſentem accuſaverant, præſenti & tot militibus ſtipato non contrahiſcere audebant. digna eſt quæ hîc repetatur. *Equidem Iudices tuq; Rex, nec ipſe unquam vidi quenquam, qui ad cauſam apud nos dicendam vocatus, ad hunc modum comparuerit; nec vos puto poſſe proferre hujusmodi quempiam: ſed quisquis hactenus apud hunc conſeſſum judicandum ſe præbuit, humilis venit & habitu timentis periculum, ac captantis miſericordiam, atratus & promiſſo capillitio. At bonus iſte Herodes cadis reus & tàm gravi obnoxius crimini, adſtat hîc purpuratus & crine bellè compoſito, cum armatis ſtipatoribus, ut ſi capitalem juxta leges ſententiam in eum tulerimus, nobis mactatis ipſe evadat illatâ vi legibus: Verùm iſti non ſuccenſeo, quod majorem incolumitatis ſuæ quàm legum rationem habeat: ſed vobis magis & regi, qui hanc ei conceſſiſtis licentiam. Scitote tamen potentem eſſe DEVM, quod iſte quem nunc in Hyrcani gratiam legibus eripitis, & vos aliquando & regē ipſum puniet. &c.* nec fefellit augurium. Herodes enim regno potitus, totum Synedrium, unico Schammai excepto ſuſtulit; quem ſolum ob parrheſiam hanc honorávit.

Objiciat aliquis: valdè infamem videri hanc pœnam, & Regiæ Majestati diametraliter oppositam, quâ illa si non pereat funditus, enervetur tamen notabiliter. Respondeo non habitam olim in hoc populo, ut hodie Fustigationem nobiscum: sed instar mulctarum, quæ à nobilissimis quoque citra infamiam exiguntur. Asserunt enim Rabbini, omnes post exantlatam ejusmodi castigationem, restitutos fuisse in integrum, præter solum Nasi, h. e. ipsius Synedrii præsidem, tanquam qui experimentis quotidianis cautior factus esse debuerit. H. Sanhedr. sub fin cap. 17. כל מי שחטא ולקה תחר לכשרותו שנ׳ ונקלה אחיך לעיניך כיון שלקה הרי הוא אחיך : כהן גדול שחטא ולקה בשלשה כשאר כל העם ותחר לגדולתו : אבל ראש הישיבה שחטא מלקין אותו ואינו חוזר לשררתו וגם אינו חוזר להיות כאחד משאר הסנהדרין : *quicunq; ob peccatum vapulat, revertitur ad rectitudinem suam, quia dicitur (Deut. 25. 3.) nè vilescat frater tuus in oculis tuis: sicq; post castigationem frater appellatur. Ipse Pontifex vapulat coram tribus, sicut reliqua plebs universa & redit ad dignitatem pristinam. At solus Director consessus, si semel casus est, nunquam restituitur potestati suæ, imò nè cæterùs quidem inferioribus collegis postea æquiparatur; quoniam promotiones sanctæ ascendunt, non descendunt.* Præterea viros honoratiores non cum insultatione sarcasticâ vel exprobratione cædebant, sed vultu submisso, ut appareret non explere suam libidinem, sed legis jussum invitos exequi. quemadmodum ille qui Catonem, ni fallor, Uticensem offendit ebrium, reverentiâ tàm gravis alioquin viri oculos avertit & vidisse prudenter dissimulavit. H. Talm. Thor. init. cap. 7. חכם זקן מופלג בחכמה וכן נשיא או אב בית דין שסרח אין מנדין אותו בפרהסיא לעולם : אבל כשחטא שאר חטאות מלקין אותו בצנעא שנ׳ וכשלת היום וכשל גם נביא עמך לילה אמי׳ שכשל כסהו כלילה ואומר לו הכבד ושב בביתך : *sapientem, excellenter eruditum, vel seniorem, item Principem aut patrem senatus, qui se quodam excessu fœtidum fecit, non excommunicant palàm & publicè. At si quid aliud deliquerint, percutiunt eos quidem sed cum modestiâ, quia dicitur (Hos. 4. 5.) tu corrues interdiu & corruet etiam Propheta tecum noctu. Quamvis ergò talis corruit, tamen operiat eum nox, & dicatur illi: recipe honorem tuum atq; abi domum.* Jam prævideo alios, qui Exempla desideraturi sunt. Hisce fateor me idonea nondum reperisse, & nolle illud Usiæ nunc afferre, cui Sacerdotes in faciem exprobrârunt: *non competit tibi ut adoleas sed nobis, discede ocyus ex hoc loco sacro, contra quem prævaricatus es,* 2. Paral. 26. 18 sed illud tantùm respondere, loqui me de JURE, non de FACTO. perinde est ac si quis argueret ita: non audivi quenquam, qui Sacr. Cæs. Majestatem coram Electore convenisset; ergò falsum est

quòd

quòd Imperator aliquis coram Palatino de Justitiâ respondere teneatur. at hoc docet Aurea Bulla, Carolum IV. se & successores spontaneâ libertate huic cognitioni subjecisse, *licet non facilè cõtingat ut quis Imperatorem vel publicè vel privatim injus vocet:* ut Cl. V. D. Rümmelinus Amicus & Collega meus, in suis ad A. B. dissertationibus scitè notavit, Part. 1. Diss. 5. Thes. 7 Etiam Atthalia fœmina regnum occupavit de facto, 2. Reg. 11. 3. & tamen verum manet, illud solis viris deberi de jure. Quid severius prohibitum est Idololatriâ, sub ipsâ internecionis pœna? & tamen aliqui vitulos impunè conflarunt! Molocho liberos immolarunt! nonne filii Sacerdotis Eli erant pessimi? 1. Sam. 2. 12. flagris multiplicibus digni? & tamen parens, qui sciebat atq; ex officio duplici cohercere debebat, connixit? 1. Sam. 3. 13 quis propterea sanus negabit herõũ filios punire fas fuisse? quid ergò mirum in corruptò populi statu Regibus indultum fuisse, quod etiam privati tulerunt impunè? & non convulsum, quod sine convellentium exitio vix potuit. Obstat denique Casaubòni authoritas, qui *ad Annal. Eccles. Exerc. 13. num. 5.* contrarium magno molimine urget, & adversus Baronium ex ipso Talmud evicisse videtur! equidem invitus dico, & mollissimè dico, quod veritas celare vetat, Hallucinatur ille bonus vir sive ad gratiã hoc scripserit, quod non credo; seu Adversarii odio studioq; contradicendi humanitus evenerit, ut accidit quibusdam magnis viris, cum semel aliquẽ oppugnandũ sibi proposuerunt, quod probabilius; seu tandem ex superficiariâ lectione, id perperam arripuerit, quod verisimillimum. Nàm ut est infinite lectionis homo, cujus judicium & dexteritatem in allegationibus Græcis atque Latinis veneror, ita deprehendo hunc Homerum, quando ad Hebræa ventum est, sæpenumerò dormitare. quod ipsi reliquarum virtutum intuitu meritissimè condonandum. Quantum ad locum Talmudi quo solo nititur; sciendum ibi omninò contrarium tradi. nec tamen falsi crimen commisit; nam tale quid extat, ut solent problemata in utramq; partem disputari: sed non accuratè perlustravit locum, quem legisse profitetur, alias non mutilum arripuisset. mox enim paginâ sequente (quæ est 19. a. capitis 2. Sanh.) hoc in Gemarâ expresse declaratur. אמר רב יוסף לא שנו אלא מלכי ישראל אבל מלכי בית דוד דן ודנין אותן דכתיב בית דוד כה אמר יי דינו לבקר משפט: *ait Raf Joseph, non intellexerunt nisi de regibus Israël: at Reges familiæ David utiq; judicant & judicantur, sicut scriptum est (Ierem. 21. 12.) ô domus David, judicate manè judicium.* (*addit Resch-Lakisch juxta proverbium* קשט עצמך ואחר כך קשט אחרים *ornandos seu judicandos fuisse prius ipsosmet Reges, antequam judicarint alios*) Multò clarius autem hoc

ipsum explicatur in subjecto Perusch hammischnajoth pag. 115. b. זה במלכי ישראל בלבד לפי שהיו עכרניין בפלכותם לא היו משבחין השפלות ולא היו נכנעין לדברי תורה אבל מלכי בית דוד דנין ודנין אותם לפי שהם יודעים התורה ולא היה רע בעיניהם השפלות וההכנע לדברי תורה ; וכו' *hoc accipiendum de regibus Israël duntaxat, qui transgressores erant in regno suo, nec laudabant humilitatem aut se legi subjiciebant : at Reges domus David omnino judicant & judicantur, quia noverunt legem, nec turpis est in oculis ipsorum hæc humiliatio atq; submissio legalis. &c.* Item Hal. Melach. c. 3. §. 10. כבר באנו שמלכי בית דוד דנין ודנין אותן ומעידים עליהם אבל מלכי ישראל נזרו חכמים שלא ידון ולא דנין אותו ולא מעיד ולא מעידין עליו מפני שלבן גם בהן ויבא מן הדבר תקלה והפסד על הדת ; *pridem exposuimus, quod reges lineæ Davidicæ tàm judicent quàm judicentur, & testimonium liceat contra ipsos dicere. At de regibus Samaritanis decreverùt sapientes, nè quis eos judicare vel contra testari præsumat ; quoniam corda eorum superba sunt, unde proveniret (nulla emendatio salutaris, sed tantùm) contemptus & abolitio legis.* Necnon Hal. Edos cap 11. § penult. מלכי ישראל אין מעידין עליהם מפני שהם אלמים בעלי זרוע ואינן נכנעין תחת עול הדיינים אבל כהן גדול מעידין עליו ומעיד הוא למלך בבית דין הגדול כמו שבארנו *contra reges Israël non testantur, quia contumaces sunt & magnâ potentiâ præditi, nec submittunt se jugo Synedrialium (quippe in totum separati à commercio religionis & politiæ Judaicæ) At de Pontifice testantur, & ipse testatur de rege coram senatu magno; sicut explicavimus.* Possem hujus generis plura proferre, sed nil opus est. ex allatis patet, quid Causabonum deceperit; & quòd Baronium hîc præter meritum exagitarit: cui tamen in aliis patrocinari non cupio.

Superest ut paucis attingam loca, quæ Tyrannis favere putantur, & impunitatem delictorum stabilire. Palmarius extat 1 Sam. 8. & à politicis variè disputatur. Scinduntur etiam Judæi in sententias contrarias: sic tamen ut nemo talia Regi simpliciter concessa esse dicat. Quidam prorsus negant licita esse, sed omnia pro argumentis tantùm dissuasoriis adducta, ut exemplo talium regum populus deterreretur. R. Dav. Kimch. ſ.h.l. נחלקו רבותינו ז"ל במשפט המלוכה . ר' יהודה אומר לא נאמרה פרשה זו אלא ליראם ולבהלם ; *dissentiunt nostri doctores p. m. de jure regni. Rabi Iehuda inquit, non dictum esse hunc textum nisi ad terrendum eos.* cui sententiæ astipulatur R. Levi ben-Gersomibid אחשוב שאין המלך מוהר באותם הענינים אבל רצה שמואל ליראם ולבהלם והודיעם מה שיעשה המלך כשיתחזק על ממלכתו כשיקשה להם *existimo quòd non concessa sint regi talia, sed voluerit Samuel ipsis terrorem incutere, monstrando quid ausurus sit Rex postquam corroboratus fuerit in regno suo, & illos coacturus,* qui sic sentiunt, voculam משפט

(vers.

(*verſ.* 11.) non judicium ſed *conſuetudinem* interpretantur, quo ſanè ſignificatu ſæpius etiam reperiri conſtat, ut 1. Sam. 2. 13. *pravus mos erat ſacerdotũ (filiorũ Eli) fuſcinis tridẽtibus ex aheno asstrahere carnes ſacrificantium.* Item urgent, quòd Rex ab irato DEO datus, non propitio: ad quod tamen ſupr. Th. 1. reſponſum. Alii & numero plures & authoritate potiores fatentur quidem eſſe licita, ſed limitant: ſi moderatè exigant; quantum Reipubl. uſus poſtulet: nec ad faſtum aut tyrannidem abutantur: Kimchius ibid. ר יוסי אומר בל האמור בפרשה המלך מלך מותר *R. Joſe ait, quicquid in hoc textu dicitur, licet Regi.* Sic ipſe Kimchius pro ſe vocem משפט per חוק ſive *ſtatutum* exponit: & Jonathan ben-Uziel paraphraſtes Chaldæus in ſuo Targum per נימוסא *legem.* omnium verò diligentiſſimè Maymonides Hal. Melach. toto cap quarto, unde pauca tantùm hic delibabo, reliqua in ſuum locum ſervaturus. כל האמור בפרשת מלך מלך ווכח בו ושולח בכל גבול ישראל ולוקח מן העם הגבורים אנשי חיל ועושה מהן חיל למרכבתו ובפרשיו ומעמיד מהם עומדין לפניו ואנשים לרוץ לפניו ורותן שכרן ; ולוקח כל הבהמות ורותן דמיהן ולוקח השדות והזתים והכרמים לעבדיו כשילכו למלחמה רמשמו על מקומות אלו אם אין להם מה שיאכלו: *quæcunq. hoc textu dicta ſunt, competunt regi. Is emittit in omnes terminos & aſſumit fortes viroſq. ſtrenuos pro comitatu ſuo & equitibus conſtituit etiam qui ante ſe ſtent vel currant, numerata mercede. Tollit quoq. jumenta pro precio eorum. item agros, oliveta & vineas pro ſervis ſuis ut eas depaſcantur, quando in militiam profecti non aliud habent quod edant. &c.* Quam limitationem David exemplo ſuo comprobat, 2. Sam. ult. v. 21. quando Aravnæ aream non gratis petit, nedum invito extorquet, ut Achabus Nabotho vineam. 1. Reg. 21. 16. ſed emere cupit. Alter textus extat Pſalmo 17. v. 2. *A facie tuâ judicium meum egrediatur*: inde vult Bat-Nachmoni probare, in Defar. Rabb. Parſ Schoph. אין בריאה דן את המלך אלא הקב"ה *quòd nulla creatura judicet Regem, niſi DEUS Opt. Max.* ſolus id verum eſt de interiori judicio DEI, quando corda probat, ut mox verſ. 3. ſequitur: vel etiam de externo capitali. quod non negamus. Is enim corporali quoque vitâ privavit Saulem Achabum & alios: quod nemini ſubditorum exequi licuiſſet. Tertius itidem è Pſalterio, notiſſimus ille *Tibi ſoli peccavi!* Pſal. 51. 6. Ergò nemini mortalium rationem reddere debeo, nec contra ſubditos peccare potero! non hoc ſequitur, ſed aliæ ſunt hujus excluſivæ voculæ rationes, quas Kimchi ſenior edidſerit ארני אבי זל פרש כי אעלו היה אוריה חי היה מושא לך ולו אבל עתה שהוא מת לך לכך לדרך חטאתי אני מודה לך כי כל חטאתי נשאר לך ואין לי לבקש מחילה אלא ממך לבדך: *Dominus parens meus p. m (R. Joſephus K.) explicat: ſi Uria ſuper-*

vixisset, utiq; peccassem tibi & illi. At nunc quando ille mortuus est, tibi soli ego confiteor, quod omne meum peccatum tibi soli relinquatur; nec quæro ab alio remissionem quàm à te solo. Ultimus textus est ex Eccl. 8. 4. depromptus: *Quid dicet Regi quid facis?* quis nempè Aulicorum, de quibus ibi loquitur, & privatorum, quos non decet majoribus obloqui, sed eorum legitima justa reverenter capessere. Cætera minoris sunt momenti. Si Prophetæ Samuelis tractatus, quem 1. lib. c. 10. v. 25. de Jure Regio scripsit adhucdum supereresset, facilè omnis hæc liticula dirimeretur. At putant combustum esse; Sufficiant igitur quæ habemus ex residuis.

CAPUT III.

DE AULA.

Theor. VIII.

Ministros assumebat sibi quos volebat.

MUltis utique hominibus indiget Rex, qui alienis oculis videt, alienis manibus laborat, alienis pedibus currit: eorumque officia sunt varia, & describuntur 1. Sam. 8. possunt autem meâ opinione ad sex præcipuè classes referri. I. eget Satellitibus sive corporis sui custodibus, qui domi ad præsidium præstò sint, & foris in publico eum splendidè comitentur. qualis inter alios erat Davides in comitatu Saulis, נשא כלים *ferens ipsius arma* 1. Sam 16. 21. Nec enim ubique gentium ita tutum est, ut cuncti magnates cum Heroë quondam Würtembergico gloriari queant, *securos se in cujusvis subditorum sinu pernoctare posse.* Ideò Rex Hebræus etiam fortissimum quemque seligebat, ad tutelam corporis, à cujus incolumitate totius regni salus pendebat. Maym. Hal. Melach. 4. §. 2. שולח בכל ובול ישראל ולוקח מן העם הגבורים אנשי חיל ועושה מהן חיל למרכבתו ובפרשיו ומעמיד מהם שופטין לפניו ומעמיד מהן אנשים לרוץ לפניו שנ' ושם לו בפרשיו ורצו לפני מרכבתו *emittit in omnes provincias Israël, & conquirit è populo fortiores viros atq; militares, & adjungit curribus atq; equitatui suo, constituit aliquos qui coram se stent, alios ordinat qui ante se currant. sicut dicitur* (2. Sam. 8. 11.) *ponet sibi viros equestres & præcursores quadrigarum &c.* Quot talibus opus sit, scriptura numero non definivit, videtur tamen & hîc, ut in omnibus aliis, mediocritas optima; quæ nec paucitate regem nudet, nec pluralitate fastum indicet. neuter enim

horum

horum laudatur, qui vel deficit vel abundat: non Cæsar, qui sui fidentissimus omne præsidium neglexit: nec Darius Persa, quem semper hastata myrias insecuta. II. Indiget Ministris aulicis, qui partim in cubiculo, partim ad mensam serviant: quos omninò probos esse multùm refert, quia Domino immediatè conversantur, & si maligni sint, contagione ipsum inficere possent, imò totum populum corrumpere, ad quem aulici mores emanant plerunque. unde aliqui non sine judicio Reipubl. periculosius fore metuunt, si ministri sint pravi quàm ipsemet Herus. nec desunt exempla, ubi bonus, cautus, optimus Rex à cubicularijs perfidè fuit venditus: Esth. 2. 21. aut tota gens ab inflato quodã Hamano in pernitiẽ & vitæ discrimẽ adducta. *Ibid. c. 3. v.* 10. Multâ igitur cautione in delectu opus est, qualẽ adhibuit prudentissimus David. Psal. 101. 4. *Obrectatorẽ, qui socio suo clam detrahit, & elatũ vultu atq; corde turgidũ ferre non possum: oculi mei fidelissimos in terrâ quærunt, ut sedeãt mecũ, & perspectæ probitatis, ut serviant mihi, non habitabit domi meæ, qui dolũ fraudulẽtus est aut mẽdax. &c.* Itaq; non sola corporis pulchritudo spectanda est, de quâ Maym. Ibid. לוקח מן היפים שבהם להיות משמשים ועומדים לפניו שנ׳ את בחורכם הטובים יקח ועשה למלאכתו *sumit fortiores illorum, ut sint ministri stantes coram se: sicut dicitur (1. Sam. 8. 16) juvenes vestros optimos accipiet, ut faciat opus suum.* Sed mentis præcipuè decus attendendum. Quamvis rari sint Daneles, quorum animæ pulchræ hospitentur simul in corporibus decoris, Dan. 1. v. 15. tamen hæc formæ gratia minimè negligenda est, si haberi possit, quia vel maximè regios decet elegantia, non abnuente Christo, qui *molliter vestitos* esse ait Matth. 11. 8. Putantque Judæi, de honore Regum esse, ut tales ministri, qui Aulæ semel initiati sunt, aliis vilioribus officijs extraneis postea nunquam contaminentur. H. Melach. c. 2 mox abinit. לא ישתמש בעבדיו ושפחותיו ושמשיו אלא מלך אחר לפיכך אבישג היתה מותרת לשלמה ואסורה לאדניה: *nemo utitur servũ, ancillis aut ministris ejus nisi alius Rex (successor) proinde Abisag (1. Reg. 1. v. 3. licita quidem erat Salomoni, sed non Adoniæ. (1. Reg. 2. v. 21)* De Morionibus aulicis, qui regum graviores curas aut etiam convivia, salibus & facetijs temperare soliti fuerint, nihil apud antiquos reperio; & mera est fabula de Marcolpho Salomonis fatuo: videtur esse recentior mos, nec omni periculo carere, quoniam naturalibus stultis plerunq; malignitas quædam agnata, quam tunc edunt sæpè, cum minimè timetur: imò & aliquid impietatis habere, si quis ad severiora natus, ineptijs gaudeat & stultitiam provocando foveat multiplicetque, aut ex alienâ miseria voluptatem quærat, quam utique honestiorem habere posset. Qui sapit ille procul ab aulico splendore

mavult facessere, quàm aureis hisce compedibus alligari. Prov. 23. 1. *quando comederis cum Dominatore, considera quid coram te sit: & pone cultum ad fauces tuas, si tui compos es, nè concupiscas pulmenta ejus cibos vé delicatos.* III. Eget Rex panificis & coquis; quæ officia olim erant curæ masculinæ, quando Pharaonis pistor suspensus esse legitur. Gen. 40. 22. postea cum viri virilius agere, h. e. studiis militaribus se dedere cœpissent, ad fœminas devoluta sunt: inter quas & in aulâ hæ operæ dividebantur. Ead. Hal. c. 4. §. 5. ויש לו רשות לעשות הפלגשים שלוקח לארמונו טבחות ואופות ורקחות שנ' ואת בנותיכם יקח לרקחות ולטבחות ולאופות: *potestatem habet constituere pellices suas, quas in palatium recepit, mactatrices, pistrices & aromatarias; sicut dicitur* (1. *Sam.* 8. 13.) *filias vestras accipiet in unguentarias & coquas & panificas.* de Gynæceo dicetur amplius Theor. IX. seq. IV. Indiget etiam Fabris & Artificibus, si quid ædificare cupit; quod non postremum est pacis opus. Ibid. §. 3. זכן לוקח מן בעלי האומנות כל מי שהוא צריך ועושין לו מלאכתו ולוקח כל הבחמות שנ' לחרוש חרישו ולעשות כלי מלחמתו: *sumit etiam de opificibus quibuscunq; indiget, ut efficiant operas suas; tollit quoq; jumenta* (*quæ onera portent*) *sicut dicitur* (1. *Sam.* 8. 12.) *ad fabricandū fabricas suas, & conficiendū arma bellica.* videntur autem Judæi pastoritiæ rei plus dediti, mechanicas artes parùm exercuisse: cujus negligentiæ damnum belli tempore senserunt. 1. Sam. 13. 19. *faber nullus reperiebatur in universo Israël; itaq; ad Philistæos ire cogebatur, si quis vomerem, securim vel ligonem acuere vellet. erant verò omnia hæc obtusa, nec ullus gladius vel hasta, nisi apud Regem inventa.* factum hoc putat R. Salom. Jarchi, in com. l. l. inopiâ fodinarum אחשוב כי למיעוט המצא חברזל *quòd ibi parùm ferri inveniretur*: Rectius verò Kimchi; procuratum id esse dolo Palæstinorum tunc illius terræ Dominorum, nè Judæi rebellarent. לפי שפלשתים משלו בישראל שנים רבות כי אף כימי שמשון פרשיע ישראל אסרו הלא ידעת כי מושלים בנו פלשתים ואעפ שנימי שמואל נכנעו ושכחו הערים מעת אשר זקן שמואל תחת ממשלתם היו ונציבים בארץ והיתה יד תקיפה עליהם והורידו כל חרשי פרזל לארצם ולא השאירו אף לתקן כלי אומנות פן יעשו חרב ויסרדו: *quia Philistæi dominabantur Israëlitis annos multos. nam diebus Simsonis Salvatoris Israël dixerunt* (*Iud.* 15. 11.) *an nescis quòd nobis dominentur? quamvis autem tempore Samuelis humiliati fuerint & reddiderint urbes quasdam* (1. *Sam.* 7. 14.) *tamen postquam ille senuit, habebant præfectos seu præsidiarios in terrâ* (1. *Sam.* 10. 5. & 13. 3.) *eratq; manus eorum valida; proinde abduxerunt omnes fabros in terram suam, nec reliquerunt qui vel instrumenta tantùm fabrilia reficeret: nè fortè fabricarentur sibi gladios & rebellarent* (*quod textui conforme est.*

est, 1. *Sam.* 13. 19.) Simul verò ut providentia & auxilium Dei mirabile pateret evidentius. Ibid. להודיע כי לא בחרב ובחנית יושיע יהוה כי היו מעטים והפלשתים כחול הים *ad indicandum, quod non gladio & hasta salvet Dominus. ipsi enim pauci erant* 1600. *inermes q., Palæstini verò instar arenæ maris; habentes* 30000. *currus &* 6000 *equites, & tamen fugati atq; cæsi.* (1. *Sam.* 14. 23.) Ita nec Architectonicæ artis studiosi fuerunt; 1. Reg. 5. 6. adeò ut Salomo templum extructurus, artifices ex alieno regno & ab ethnicis petere coactus fuerit. V. Requirit etiã Agricolas, Vinitores, Pastores: Homines *qui arent agros regios, & metant segetes ejus.* 1. *Sam.* 8. 12.) & consequéter annonæ præfectos, qualis erat Josephus in Ægypto. VI. tandem Capitaneos & Centuriones qui exercitui præsint tempore belli, & pro patriâ vitam profundere parati sint. Maym. ibid. § 6. כופה את ראוין להיות שרים וממנה אותם שרי אלפים ומשים שנ' ולשם : וכל *cogit idoneos ut sint Principes militiæ, & constituit quosdã super millenos, alios super quinquagenos. sicut legitur.* 1. *Sam.* 8. 12. quod Saul fecit studiosè. 1 Sam. 14. 52. His omnibus verò ut & præcedétibus Rex debebat salaria sua nec quoquã subditorũ abuti ad gratuita servitia decebat. ideò Maymonides in alleg. locis plerũq; addit ונותן שכרן או דמיהן *dat eis mercedem suam & precia debita.* Hoc autem è Fisco decimarum, quæ ipsi eaproptet cedebant. Ibid. § 8. יש לו מעשר מן הזרעים ומן האילנות ומן הבהמות שנ' וכרמכם ואת צאנכם יעשר : *debetur ei decima de fœmente, arboribus & jumentis, sicut dicitur* (1. *Sam.* 8. 15. & 17.) *vineas & pecudes vestras addecimabit.* Si quid prædæ partum esset extra ordinem, ab hoste, dividebat id cum Ducibus suis, de quo infra Th. XVIII.

Theor. IX.

Sed non tot uxores quot placebant.

IN fundamentalibus regni legibus, quæ extant Deut 17. v. 17. expressè hoc prohibitum est, additâ ratione: *non multiplicet sibi uxores, nè declinet cor ejus.* quod R. Bechai Pars. Schoph. sic explicat: לפי שהאשה תפתה את האיש לסור מיראת השי' כי כן עשתה אם כל חי אף כי אם היו הנשים רבות : *quia fœmina facile seducit maritum, ut recedat à timore DEI Opt. Max. sic enim fecit mater omnium viventium* (Eva, *Gen.* 3. 12. *quam Adamus unã habuit*) *quid non possent si plures essent?* & contigit hoc sapientissimo mortalium Salomoni, ut in gratiam exoticarum quas deperibat mulierum, 1. Reg. 11. 1. Idolis Astaroth, Camos & Milcom columnas & altaria ædificaret, quæ Josias destruxit. 2. Reg. 23. 13.

Qualis verò Rex, talis etiam Grex, ut est in veteri Rhythmo. H. Melach. 3. §. 9. על הסרת לבו הקפידה תורה שלבו הוא לב כל קהל ישראל לפיכך דבקו הכתוב בתורה יתר משאר העם *de abscessu cordis ejus valdè sollicita fuit lex, quia illud est cor totius populi. proinde arctius illud alligavit legi, quàm reliqua plebis.* Nè tamen vagas libidines sectaretur, aut subditorum filias pollueret, indulsit ipsi scriptura mediocre Gynæceum. Numerus quidem in libris canonicis nusquam expressè determinatus est, sed tamen deducunt inde Rabini per consequentias sive ratiocinationes, licuisse Regi octodecim assumere conjuges, & astipulatur ipsis antiquissima trãslatio legis Chaldaica. R. Salom. Jarch. ad text. Deut. 17. לא ירבה לו נשים אלא שמנה עשרה שמצינו שהיו לו לדוד שש נשים ונאסר לו וראם מעט ואוסיפה לך כהנה כהנה: *non multiplicet sibi uxores ultra octodecim. invenimus enim quòd David habuerit sex (aut plures. 2. Sam. 5. 13.) & tamen illi dicitur (2. Sam. 12. 8.) si parùm est, addam tibi sicut illæ sicut illæ (h. e. bis totidem aliæ)* R. Mosche Mikkozi, in libr. præceptorum magno, Part. 1. num. 222. רבותינו אמרו על פי הקבלה כפ כהן גדול שמיתר לישא עד שמנה עשר נשים כין נשים כך פלגשים *Magistri nostri habent id ex orali Cabalâ, in capite Pontifex (quod est secund. Mas. Sanh.) licere regi usq; ad XVIII. ducere sive conjuges sive concubinas.* R. Bech. P. Schoph. יח כמספר הנשים שהיו לו לדוד יש מהן ששה מפורשות בכתוב וכתיב כהנה כהנה פי גם ששה וששה הרי יח *Octodecim pro numero mulierum Davidis, quarum sex exoressa sunt, duodecim verò sub repetitâ voce: quot illæ quot illæ; concessa intelliguntur; ecce XVIII.* Maymonides H. Melach. c. 3. §. 4. מפי השמועה למדו שהמלך לוקח יח נשים ואם הוסיף אחת ובעלה לוקח *ex orali auditione didicerunt, accipere XVIII uxores: at si vel unicam superadderet atq; maritaret, vapulare.* Targum Jonathan Ben-Uziel לא יסגין ליח נשין עלך הבונסרי הלא יסגין לביח *non multiplicet sibi uxores ultra octodecim, nè deprivent cor ejus.* quos testes lubens majori numero produxi, ut in re paradoxâ consensus antiquitatis appareret. Connumerantur autem hîc uxoribus concubinæ; inter quas hoc discrimen fuit, quod illæ superiori gradu habitæ sunt, inter quas hæc inferiori: illorum filii hæredes, & multis prærogativis aucti, harum legatarii tantùm, & aliquando à vivo parente muneribus, pro toto patrimonio donati. Genes. 25. 6. Statuuntque Theologi etiam cum pellicibus vera fuisse conjugia. Dicunt tamen Judæi solas uxores solenniter, concubinas autem absque ceremoniis fuisse ductas. R. Mos. Mikoz. loc. citat. אמר רבה שם נשים בכתובה וקידושין פלגשין בלא כתובה וקידושין נרסינן בירושלמי רב אמי א מאיר א פלגש אין לה כתובה ל יהודה אומ יש לה כתיבה *ait Raba; duxisse conjuges per literas dotales & sponsalia,*

salia, pellices verò absq; illis. (sed est ipsis de hoc posteriori controversia) legimus in Talm. Ierosolymitano capite Aph-al-pi: R. Meir dixisse, duc absq; literis illis; R. Iehudam verò, literas scribi quidem sed non tradi. (nec dotē numerari) Addit alter Moses Ægyptius H. Mel. 4. §. 4. בייחוד בלבד קיים אותה וזמנתרת לו אבל ההדיוט אסור בפילגש אלא באמה העבריה כלבד אחר ייעוד *per solam adunationem illas acquiri sicq; sibi pernissas esse: at privato prohibitas pellices, præter unam ancillam Hebræam post desponsationem.* Concubinas illas potuit Rex in aulâ, ministeriis muliebribus adhibere, Apothecæ, Culinævé præficere. Ibid. §. 5. ויש לו רשות לעשות המילגשים שלוקח לארמנו טבחות ואופות ורקחות *potestatem habet ex pellicibus in palatium receptis facere coquas, pistrices, aromatarias.* Et debuit utriusque generis conjuges, è populo Dei non verò extraneis gentilibus eligere, Deut 7. 3. *nolite affinitate illis jungere, nec filias eorum capere, ne seducant à me.* Exod. 34. 16. *nè fornicentur post Deos alienos,* quod utrumque à Salomone neglectum culpatur 1. Reg. 11. 2. & Nehem. ult. v. 26. Polygamiam primus introduxit Lamechus è posteris Caini, Gen. 4. 19. imitati sunt deinde Patres, ut Abraham, consensu Saræ suæ, Genes. 16 3 Jacobus jussu Rahelis. Ibid 30. 3. & Reges, ut David, 1. Sam. 25. 43. Rechabeam 2. Par. 11. 18. Abia quatuordecim simul ducens, Ibid. 13. 21. Joas. Ib. 24. 3. Toleravit autem Deus hunc excessum, in illis quidem ut prolem multiplicarent, in hisce verò, nè scortationibus & adulteriis occasionem quærerent. Cl. Hafenrefferus p m. in Comp, Theol. loc. de Conj. ait, *tales nævos in publicum morē abiisse, scādalo, caruisse, crimine igitur vacasse, quod jā consuetudine receptū fuerit.* Hodie durat etiamnū apud Orientales populos, quotquot Evangelii loco Alkuranū receperūt, in quo id expresè concessum est. Suretâ Nisai, h. e. Carmine mulierum. vers. 4.

فَانْكِحُوا مَا طَابَ لَكُمْ مِنَ النِّسَاءِ مَثْنَىٰ وَثُلَاثَ وَرُبَاعَ فَإِنْ خِفْتُمْ أَلَّا تَعْدِلُوا فَوَاحِدَةً أَوْ مَا مَلَكَتْ أَيْمَانُكُمْ

& ducatis quod lubet vobis de Mulieribus, binas vel ternas vel quaternas: nisi metuitis ut satisfaciatis singulis. aut quotcunq; dominatur dextera vestra. Miror, si divinā prohibitionem ignorant, cur non lumine naturali absurditatem rei agnoscant, nec tot incommodis inde sequentibus absterreantur. Quàm enim difficile putabimus marito præsertim fortunæ tenuioris, tàm sumptuosum alere gregem mulierum, ancillarum, libertorum, quânam arte vel prudentiâ tot Imperatrices

subeat nabit, si non facilè vel callidissimus, regit unum tale animal, varium & mutabile semper? an litigiosus & querelis immunem fore credamus ipsum Socratem patientissimum? quid aliud hinc lucrentur nisi perpetuam inquietudinem & repudia quotidiana. pœnæ non beneficii loco haberem, si quem nostrum ulla lex ad Polygamiam cogeret. Ettestantur, qui regiones illas peragrarunt, Postellus atque Clenardus, omne tribunal divortiis tantùm & restitutione dotis fatigari; proinde nil discere Jureconsultos ipsorum nisi matrimoniales causas. contingere autem non rarò ut orphani fame pereant miserabiliter, quorum patrimonium in tot frustilla dissectum fuit: aut fratrum fortior sepeliat minores, ut solus hæreditate saturetur. Gratias ergò Salvatori nostro, qui ad primævam institutionem revocavit, & uni viro uxorem unam agglutinari jussit, Matth. 19. 6. Vetant ipsi Rabini, nè Rex sit mulierosus aut cum Sardanapalo semper in Gynæceo tantùm degat; quamvis aliquo conjugii privilegio donatus sit. Hal. Melach. c. 3. §. 8. לא יהיה שטוף בנשים אפילו לא היתה לו אלא אחת לא יהיה מצוי אצלה תמיד כשאר הטפשים שנ' אל תתן לנשים חילך: *non sit immersus uxoriæ rei, aut quamvis habeat unicam tantùm, non tamen indesinenter cum eâ rejet iatur, vélut ceteri quidam stulti; sicut dicitur (Prov. 31. 3.) nè dederis mulieribus robur tuum (h. e. vires corporis & animi. laudabilius in Reipubl. usu consumendas)* Tum verò id caveat studiosissimè, nè regni consilia cum ipsis communicet, quibus natura & civilem prudentiam & taciturnitatem negavit: vehementius etiam, nè ipsarum imperiis obnoxius sit, quod de Themistocle referūt, voluisse quicquid uxor, & Athenas quicquid ille, consequēter quicquid illa. Potuit verò Rex Hebræus, si qua minus placeret, eam repudiare, & ducere aliam; sic tamen nè numerum antè definitum excederet, Ibid. § 4. יש לו לורש ולישא אחרת תחת זו שגירש *licet ipsi repudiare & aliam ducere pro repudiatâ.* Ipsa verò potestatem non habebat post regium maritum, alteri cuiquam nubere. c. 2 §. 1. אשתו של מלך אינה נבעלת לאחר לעולם אפילו הפלך אינו נושא אלמנתו או גרושתו של מלך אחר *conjux regis alteri non nubit in æternum: etiam Rex non ducit viduam vel repudiatam alterius regis.* Formula literarum Repudii est antiquissima, & ante Christum (dubito tamen an etiam ante captivitatem Babel) iisdem verbis semichaldaicis quibus hodie concepta. eam habet Maymonides Hal. Geruschin. cap. 4 pag. mihi 273. b. & Alphesius l. Gittin. cap. 9 Hammegaresch. p. 190. b. punctatam verò & versione illustratam Dn Buxtorfius Gram. Chald. p. 399. sed quia generales sunt & circumstantiarum mentione carent, placet etiam meum Exemplar plenius, quod à Judæis aliquando

nactus

nactus sum huc referre. Illud ita sonat. בשלישי בשבת בארבע ועשרים יום לירח אלול שנת חמשת אלפים ושלש מאות ועשרים ושתים לבריאת עולם למנין שאנו מנין כאן בעיר לייפציק מתא דיתבא על נהר עלסטר ועל נהר פליס ועל נהר ברדע ועל מי מעינות אנא אביגדר בן יהודה הכהן העומד היום בעיר לייפציק מתא דיתבא על נהר עלסטר ועל נהר פליס ועל נהר ברדע ועל מי מעינות צביתי ברעות נפשי בדלא אניסנא ושבקית ופטרית ותרוכית יתיכי ליכי את אנתתי מערלן בת יוסף והורית אנתתי מן קדמת דנא וכדו פטרית ושבקית ותרוכית יתיכי ליכי די תיהויין דשאה ושלטאה בנפשיכי למהך להתנסבא לכל גבר די תיצבייין ואנש לא יכהא בידיכי מן יומא דנן ולעולם והרי את פוטרת לכל אדם ורן די יהוי ליכי מנאי ספר תרוכין ואגרת שבוקין וגט פטורין כדת משה וישראל: *tertio die hebdomadis (quem nos Martis vocamus) die vigesimo quarto mensis Elul (respondentis nostro fetè Augusto) Anno quinquies millesimo trecentesimo vicesimo secundo à creatione mundi, ut nos computare solemus (h. e. Anno Christiano 1562.) hic in urbe Leipzik, loco collocato juxta flumen Elster & flumen Pleis & flumen Barde, & apud aquas scaturientes (sive fontanas) ego Afigeder (quos vulgò Fridericos appellant, ut Mardochaos notieri nomine Marcos &c.) filius Iehudæ, Sacerdos stans (seu degens) hodie in urbe Leipzik loco collocato juxta flumen Elster, & flumen Pleis, & flumen Barde, & apud aquas fontanas (quod sic repetunt ut essentiale requisitum: nefas enim est alibi quàm ad confluentem hosce libellos scribere) volui voluntate animi mei absq; coactione, & dimisi & dissolvi & repuli te tibi, ô tu mulier mea Marlan filia Iosephi! quæ fueras uxor mea pridem. Nunc autem & deinceps libero, repudio & expello te tibi, ut fias tua potestatis, facultatem habens ipsamet abeundi & nubendi cuicunq; viro libuerit. mortalium nemo prohibeat manus tuas, ab hoc die in æternum. Ecce tu concessa es omni homini! & hic ipse sit tibi à me libellus divortii, & epistola desertionis & scheda repudii: de ture Mosis & Israël* Apud veteres Romanos formula brevior erat, referente Gaio l. 2 ff. d. divort. in hæc verba solenniter concepta: TUAS RES TIBI HABETO: aut TUAS RES TIBI AGITO. Quod à fratriandi lege ob sputi turpitudinem immunis fuerit, dictum est supra Th. VII. unum adhuc moneo, non exemptum fuisse sexto præcepto, *Non Mœchaberis*: nec potuisse Regũ adulteria corã DEO excusari tàm frivolè, ut quondam Cæsaris Augusti apud Sueton. c. 69. *quasi ratione commissa nec libidine: quo facilius adversariorum consilia per cujusq; mulieres exquireret.* euge festivum sceleris patrocinium!

Theor. X.

Ita nec Equos superfluos ad pompam.

MAgnatum hæc cura est non postrema, ut equos alant plurimos, quibus arduæ cervices, capita minuscula & in sublimi gesta; cum patulis naribus, auribus verò curtis, ampla pectora, terga obesa, & si quæ alia sunt generosorum Caballorum indicia, Equisonibus meritò rectius quàm nobis nota: docentque illos magno sumptu gressus tolutim carpere ac superbè quadrupedantes passus agglomerare: ut non in hastiludiis tantùm aut publico ingressu sessores suos venustè gerant, sed quod palmarium est, cùm equestri pugnâ decernitur, in hostes intrepidi procurrant & inter medios bombardarum fragores alacritatem suam claro hinnitu testentur. De quo exercitio nuper audivimus *Illustrem Dn. Baronem ab Herberstein &c. in Ducali Collegio nostrati*, generosè simul & peritè disserentum. Qui inter plura memoratu dignissima, Romanorum quoque tyronum exercitia recensuit, quomodo in ligneæ equorum simulachra, hos in usus parata, ætate sub divo, hyeme sub tecto, insilire didicerint, primò inermes, mox cum assuetudine proficerent, etiam armati, strictoque tandem ense. Quis amplius mirabitur semper evasisse victores, denique mundi Dominos, qui hâc agilitate à teneris edoctâ, reliquos mortales exsuperarunt? Illud potius miror, indùisse quosdam hujus artis insano amore tàm equinos animos, ut hæc animalia honore plus quàm humano prosequerentur: quod de podagrico quodam, sibi coætaneo notoque ingentis fortunæ viro refert *Fr. Petrarcha d. remed. fort. l. 1. dial. 31*: ægrotanti equo aureum pulvinar ac sericum cubile substrasse, cumque per pedes æger ipse non posset, servorum humeris vectum quotidie sæpius hunc quadrupedem amicum in stabulo visitasse, de illius valetudine anxium suspirasse, poppysmo blandè consolatum esse, mortuum denique ut filium luxisse. Nescio an magnus Alexander multò plus sapuerit, quando in honorificam Bucephali sui memoriam, oppidum ejusdem nominis condidit? annotante *Gellio N. Att. l. 5. c. 2.* Procul ab ineptiis hisce Regem hebræum arcere voluit divinus legislator, quando ipsi severè prohibuit, *nè multiplicaret Equos: Deut. 17. 16.* Cujus inhibitionis sensum ajunt non esse, ut prorsus ab Equestri re abstineat, sed ut moderatè usurpet. Qualis enim foret Rex qui pedes incederet? annon pueri accurrerent velut ad dolium Diogenis? vehatur itaque generoso animali sub-

sublimis, & corpore toto supra circumfusam plebem emineat, ut Majestatem ipsius decet. de sedendi peritiâ non dubitabimus; quoniam Carneadis effato hanc solam artem optimè discunt. nam aulici quidem adulantur eis; hæc verò bestia, Dominum ferat an servum ignara. imperitos sessores absque respectu excutit. Tantùm caveat, nè quid ad inanem pompam vel ostentationem: quia fastum nè in Regibus quidem fert supremus ille moderator rerum humanarum. R. Sal. Jarch. ad tex. Dev. 17. & Maym. H. Mel. 3. §. 5. לא ירבה סוסים אלא כדי מרכבתו *equos non plures alat quàm sufficiunt ad currus.* Bech. Parf. Schoph. addit כלומר מרכבת פרשיו וחיליו *scilicet ad currus equitum suorum & exercituum.* Quicquid hos usus excedit, peccat. Ibid. אבל לא שיהיו לו שנים או שלשה למרכבתו פעמים על וה ופעמים על וה *At non habeat duplices vel triplices; ut aliquando ad hos, aliquando ad alios currus aptare per vices posit (quod esset inanis gloria.)* Præsertim qui tantùm ad voluptatem & spectacula ociosi juxta necessarium equitatum deducuntur. Mos. Mikozi l. 1. n. 223. שנינו בפ׳ כהן גדול סוסים בטלין הוא דאינו מרבה לו אבל מרבה לו כדי רכבו ופרשיו ומניין שאפילו סס אחד והוא בטל שיעבר בלא ירבה: *discimus ex capite Kohengadol: equos vacuos esse quos multiplicare veritum; at cæteros licere ut habeat pro numero equitatus sui. verùm si vel unicum adjungit ociosum, transgreditur hoc præceptum.* rursus H. Melach. d. l. אפילו סוס אחד פנוי להיות רץ לפניו כדרך שעושין שאר המלכים אסור ואם הוסיף לוקה ה *etiam unicus equus phaleratus, qui ad pompam antegreditur ipsum, ut cæteri reges facere solent, prohibitus est: adeò ut si addat, vapulet.* Targum Uzielidis videtur ipsi binos tales concedere, non verò plures; fortè quod duo nondũ multi sint, sicut & in hâc linguâ dualis numerus à plurali distinguitur: additâ ratione parùm verisimili לְחַד לָא יַסְגֵּין לֵיהּ עַל תַּרְתֵּין סוּסְוָתָא דְּלְמָא יְהַבְּנוּן רַבְרְבָנוֹי עֲלֵיהוֹן וְיִתְגָּאוֹן וְיִתְבַּטְּלוּן בְּמַלְכוּתָא אוֹרַיְיתָא וְיִתוּבוּן הוֹרְכָּת גְּלוּתָא לְמִצְרַיִם: *tantùm non multiplicet sibi ultra duos equos, nè fortè magnates ejus equitent supra illos, & superbiant, & irritum reddant verbum legis, sicq; rei fiant reatu exilii Aegyptiaci.* veram rationem ipse textus expressit, Deut. 17. 16. *nè reducat populum in Aegyptum, ut multos inde comparet equos, DEVS enim vobis interdixit, nè posthâc unquam illuc redeatis eâdem viâ.* Nam Ægyptus abundabat equis, & inde adducebantur Regibus Hebræis magno sumptu, quod ex historiâ Salomonis apparet. 1. Reg. 10. 27. *egressus equorum Salomonis erat ex Aegypto v. 28. adducebatur equus unus sesquicentenis argenteis (h. e. 75. Imperialibus) & tota quadriga (sive copula quatuor equorum: non verò currus lignea) quantumvis pretiosus, ut plerique*

interpretes putant) *sexcentis* (*h. e. quadruplo prioris: unde monitu Rabinorum constat* שהמרכבה ארבעה סוסים *quòd quadriga sint ipsi quatuor equi.*) Postquam verò DEUS Opt. Max. populum suum stupendis miraculis inde liberavit, non ut unquam posthac in eam servitutem ultrò se dedant, aut illuc remigrent, imò ne quidem multùm commercii cum illis habeant ullâ ratione, quoadusque abstineri possit. Quoties prædicat hanc redemptionem scriptura, ut summum DEI beneficium, sempiternâ memoriâ recolendum! Exod. 20. 2. in frontispicio Decalogi. Levit. 22. 33. in institutione sacrificiorum. lb. 26. 13. in promissione benedictionis. Deut. 4. 37. in enumeratione magnaliũ. Ibid. 7. 8. in commendatione amoris sui. 8. 14. in dehortatione ab ingratitudine. 16. 6. in institutione paschatis, Jud. 2. 1. in sermone angeli populum increpantis. Ibid. 6. 9. in spe factâ victoriæ contra Midianitas. 1 Reg. 10. 18. in importunâ petitione regis, & pluries passim. Tamen adeò immemores erant miseræ quondã conditionis suæ, ut subinde illuc relabi cuperent. Exod. 14. 11. *nunquid sepulchra erant ibi, cur hic moriamur? sine ut redeamus, præstaret servire.* cap. 16. v. 3. *ibi assidebamus ollis & affatim vescebamur pane.* 17. 3. *hic siti enecamur!* Num. 11. 5. *quis nobis carnes suppeditabit? recordamur piscium Aegyptiacorum, porri, cepar um.* 14. 4. *eligamus ducem & revertamur!* 20. 3. *utinam ibi occubuissemus cum fratribus nostris! cui bono eduxisti nos?* Itaque tàm severè jubet DEUS omnes reditus illecebras, & occasiones desiderii vitare, Aben-Ezra Deut. 17. כעבור כי הסוסים בימים ההם היו מוציאים ממצרים והעד דברי שלמה והנה יצטרך למען הרבות סוסיו שיחטיא העם לשוב אל מצרים וזה דבר ברור כי השם גאלם משם ובשובם יחללו השם: *propterea quòd equi tunc ex Aegypto afferebantur, ut è Salomonis facto constat, præcipere opus erat, nè studio equorum peccandi occasionem præberet populo, & in Aegyptum redeundi. Notorium est quomodo eos inde DEVS redemerit; hunc omninò afficerent contumeliâ, si reverterentur illuc. Non quidem eos execrari jubet sicut Amalekitas. Deut. 23. 7. non abomineris Aegyptium, quia peregrinus fuisti in illius terrâ.* sed tamen eò redire vetat. Bechai. P. Sch. טעם הדבר נכתב בצדו כדי שלא ישיב את העם מצריימה שמשם היו מביאין הסוסים באותו זמן וכן מצינו בעניין שלמה ואמר לא תוסיפו לשוב בדרך הזה *ratio mandati ascripta est lateri ejus, scilicet ne populum reduceret in Aegyptum, unde tum temporis equos educebãt quod è facto Salomonis agnoscimus. ideò addit: nunquam repetatis viam istam.* R. Mof. B. Nachman hoc latiùs extendit, nè aliunde quidem equos multiplicare licuisse; nè scilicet ipsorum robore confisus DEI unde omnis est victoria oblivisceretur. in suo Perusch. ſ. h. l. יתכן שדרך הכתוב כן הוכיר לא רבה לו סוסים אפילו מארצנו ומארץ שנער אפילו בדרך הסחורה המותרת

המותרת שלא ינשוא על רכבו כי רב ועל פרשיו כי עשמו מאד אבל יהוה מבטחו בשם אלהיו ואלו הוכיר על המלך שלא ישיב את העם מצריפה שיהיו לו שם מעבדיו ומעמו שרי מקנה יושבים בערי הרכב למען הרבות סוס כעניין שלמה שלא היה אדם רשאי להוציא ממצרים סוסים בלא רשות מלך מצרים והיו נותנים לו מכס למכס: *haec est congrua textus expositio: vetat equos multiplicare sibi, etiam è terrâ noſtrâ, etiam è terrâ Sinear (h. e. Babylonicâ). etiam per modum mercaturæ alioquin licitæ: nè ſcilicet confidat in equitatu ſuo ſi multus eſt, aut in equitibus ſi fortes ſunt, ſed ſiduciam ſuam habeat in ſolo DEO. Poſtea demum prohibet, nè populum in Aegyptum reducat, ut ſint ibi de ſervis aut ſubditis ejus prafecti emptionis, habitantes in urbibus equeſtribus, quorum operâ ſibi equos multiplicet, ut Salomon ſecit. Non enim permittunt Reges Aegypti cuiquam homini, ut equos è provinciâ ſuâ vendant niſi ſe conſcio, cui de illis vectigal debetur.*

Enaſcitur hinc gravis quæſtio Judæis, an igitur in Ægyptum migrare aut ibi habitare prorſus non liceat? ampliſſimâ regione & Nili exundatione fertiliſſimâ? quæ Maimonidis æſtimatione quaquaverſum ultra quadringenas leucas protenditur. H. Mel. ה. י. ארץ מצרים מן היס הגדול ועד המערב ארבע מאות פרסה על ד' מאות פרסה כנגד ארץ כוש וכנגד המדבר *terra Aegypti à mari magno (ſeu mediterraneo) verſus occaſum lata eſt 400. leucas: & ſupra 400. leucas longa eſt ab Aethiopiâ uſq; ad deſertum (Arabiæ, in quo Iſraëlitæ tàm diu vagati) hâc tota* videtur Judæis interdictum eſſe. ibid. mox. בני מקומות הטהירה תורה שלא לשוב למצרים שנ' לא תוסיפון לשוב בדרך הזה עוד: לא תוסיף עוד לראותה: לא תוסיפו לראותם עוד עד עולם: ואלכסנדריא בכלל האיסור: *tribus locis vetavit lex in Aegyptum redire (Deut. 17. 16.) nolite amplius illâ viâ reverti. (Deut. 28. 68.) non pergas iterum eam videre. (Exod. 14. 13.) nunquam cernatis illos in aternum. Et Alexandria comprehenditur ſub hoc interdicto. Quæ tamen diutiſſimè à Judæis hactenus inhabitata fuit.* Imò ipſe Author hujus Halachæ R. Moſche Ben-Maymon, plures annos ibi contrivit, utad differentiam Nachmanidis, Ægyptius vulgò cognominetur. quod Commentator ejus in margine innuit: יש תימה על קהילות השוכנים שם ונם רבינו המחבר עצמו הלך לגור שם *mirari ſubit de totis Eccleſiis ibi commorantibus: item ipſo ſcriptore Rabino noſtro, qui diu ibi peregrinatus.* Retulit mihi Arabicus quidam Mercator Alkarienſis ante biennium inter alia, etiamnum hodie tot ferè Judæos Alexandriæ, Damiati & Roſettæ reperiri quot Turcas. Et quod majus eſt, etiam ſancti prophetæ olim illuc migrârunt. Ab. Ezra. Deut. 17. ואוריה הנביא בסכנת הנפש ברח לשם גם ירמיהו בעל כרחו הלך שמה *Vitæ Prophetæ (Ierem. 26. 21.) in periculo vitæ illuc fugit. Ipſe Ieremias (cap. 43. 8.) invitus illuc abiit.* Quomodo iſta conciliabimus?

num perperam fieri dicemus? id nè fateantur Judæi, varias præcepti limitationes quæsiverunt. 1. Bechai distinguit secula, dicens fuisse temporariam prohibitionem, recenter post Exodum non licuisse olim, deinceps verò indultum. Parsch. Schop. עד מצות שעה כדי שלא ילמדו ישראל ממעשיהם ולפי שהיו המצריים נודעים ומפורסמים בכל תיעבה ואינה מצות דורות שיאסור הכתוב הדירה במצרים לעולם והרי אנו רואין כמה קהלות דרות שם מאז ועד היום ואלו היתה אסור לא היו ישראל קדושים מקהלות דרות שם *hoc erat præceptum horarium, nè discerent opera eorum, erant enim tunc Aegyptii notoriæ & publicatæ impietatis. Itaq; non prohibet habitationem ibi in æternum. Ecce quot Synagogæ ibi hucusq; sinefas esset, sanctæ Israëlitæ neutiquam ibi congregarentur, nec Sapientes omnium ætatum id absq; ullâ reprehensione sic tolerassent.* (*quæ probatio nobis quidem est admodum infirma*) 2. Idem postea textum propius tangens, distinguit vias; è patriâ terrâ Israël non licere illuc descendere: at è cæteris exilii locis æquè concessum esse illuc migrare, ac in reliquum orbem universum, in quem vi singularis illius maledictionis, Psal. 59. 12. dispersi sunt. לא אסר הכתוב הדירה במצרים אלא לאותן שבאים שם מארץ ישראל וכן יורה לשון בדרך הזה שאתם הולכים שמנמת פניכם לארץ לא תשובן ממנו למצרים *non prohibuit scriptura nisi eos qui descendunt illuc è terra Israël. & hoc docent verba textus* (*Deut. 17. 16.*) *EADEM VIA scilicet quæ vobis exeuntibus ante faciem erat, non redeatis.* Cui astipulatur Com. May. R. Urian, ex mente R. Abr. Seb. in marg. addens לא אסרה אלא בדרך הזה מאי אבל משאר ארצות מותר *non vetuisse nisi eam ipsam viam è Palæstina: è cæteris regionibus omninò licere.* 3. Maymonides distinguit etiam causas, negotiari fas esse ibi, non verò fixam sedem habere. H. Mel. 5. 6. 7. מותר להוזר לאם לסחורה ולפרקמטיא ולכבוש ואסור להשתקע שם וזראה לי שאם כבש אם מלך ישראל על מי נר שהיא מותרת ולא הזהירה אלא לשוב לה יחידים או לשכון בה והיא בידנים מפני שמעשיהם מקולקלין יותר מכל הארצות שנ' כמעשה אם וגו *licet in Aegyptum reverti propter mercimonia, vel ut subigatur* (*bello*) *at immorsum ibi diutius herere, id nefas est. videtur tamen mihi, si quis Rex Israël eam sub potestatem redigeret, de consensu Synedrii magni, fore tunc quoq; permissam. Ratio, non prohibentur illuc venire nisi singulares, aut qui cupiunt inhabitare, dum adhuc est sub manu Ethnicorum, quorum opera sunt pejus maledicta, quàm ullius provinciæ. sicut dicitur* (*Levit. 18. 3.*) *juxta opus Aegyptiorum vos non facietis.* Habet etiam Talmud Ierosolymitanum sibi consentiens, Mass. Jad לישיבה אי אתה חוזר אבל אתה חוזר לסחורה ולפרנסטיא ולכבוש הארץ *ad considendum nè redeas; redeas autem vel ad negotiandum, vel ad debellandum.* Sub finem hujus materiæ libet illud quoque breviter

viter attingere, quàm patriæ suæ amantes fuerint Judæi, ut peregrinationes (cum adhuc rerum potirentur) non facilè concesserint cuivis: quod & Politici quidam disputant, non expedire, ut omnibus promiscuè indulgeatur, quia plerunq; parùm prudentiæ, fastus verò nimium reportant vagabundi; & si frequentes sunt, Remp. exoticis moribus paulatim replent, ut tandé unâ cum disciplinâ collapsâ subvertatur. Maym. Ibid. §. 8. אסיר לצאת מארץ ישראל להל לעולם אלא ללמוד תורה או לישא אשה או להציל מן הגוים ויחזור לארץ וכן יוצא הוא לסחורה אבל לשכון בחוצה אסור: *prohibitum erat exire terram Israël, aut foras egredi unquam; nisi ad discendum legem, aut ducendum uxorem, aut secedendum ab ethnicis; sed mox revertendum fuit: sic etiam qui mercium causa egressus esset. At extra eam habitare omninò nefas erat.* Excipiebatur etiam casus necessitatis, in publica calamitate. §. seq. אלא אם כן חוק שם הרעב עד שנעשה שוה דינר חטין בשני דינרין: בלא כשהיו המעות מצויות והפירות ביוקר אבל אם היו הפירות בזול ולא ימצא מעות ולא במה ישתכר ואבדה פרוטה מן הכיס יצא לכל מקום שימצא בו ריוח ואעפ שמותר לצאת אינה מדת חסידות שהרי מחלק חסידות וכליין מפני צרה יצאו: *quando fames sic invaleseit, ut quantum tritici uno denario venibat, vix duobus ematur. Intellige, si pecuniæ quidem præsentes sunt, sed fruges carent: at quãdo hæ viles (& affatim suppetũt) nummi verò deficiũt, aut nõ præstò est quo inebrietur is qui crumenam exhausit, licet quidem abire ubi recreetur, sed tamen non virtutis est. Ecce enim optimi duo Viri Mahlon & Kilion (Ruth. 1. 2.) non prius emigrabant quàm angustiâ vehementer premente:* Postquam verò patriâ suâ pulsi & extorres facti sunt hodie, amant tamen ejus cineres tàm impotenter, ut miræ felicitatis loco habeant, si cui contigit vel mortuo ibidem sepeliri, vel pugillo illius pulveris post fata conspergi. Paragraph. seq: גדולי החכמים היו מנשקין אבניה ומתגלגלין על עפרה וכן הוא אומר כי רצו עבדיך את אבניה ואת עפרה יחוננו: אמרו חכמים כל השוכן בא"י עונותיו מחולין שנ' ובל יאמר שכן חליתי העם היושב בה נשוא עון אפילו הלך בה ארבעה אמות זוכה להיי עולם הבא וכן הקובר בח נתכפר לו כאלו המקום שהוא בו מזבח שנ' וכפר אדמתו עמו ובפורענות הוא אומר על אדמה ספאה תמות ואינו דומה קולטתו מחיים לקולטתו אחר מותו ואעפ כן גדולי החכמים היו מליבין מתיהם לשם צא ולמוד מיעקב אבינו ויוסף הצדיק: לעולם ידור אדם בא"י אפילו בעיר שרובה גוים ואל ידור בחל ואפילו בעיר שרובה ישראל שכל חיוצא לחל כאילו עובר ע"ז שנ' כי גרשוני היום מהסתפח בנחלת ה' לאמר לך עבוד אלהים אחרים: *Magni sapientes osculari solent limites terræ sanctæ, & basiare rudera ejus, & in illius pulvere se volutare. sic enim ille dicit (Psaltes ps. 102. v. 15.) beneplacitum habuerunt servi tui in lapidibus ejus, & pulveris illius misérti sunt. Ajunt sapientes: peccata remitti omni-*

busquiin terra Israël habitent, secundum illud (Esa. 33. 24.) nè dicat inquilinus, ægrotavi; populus habitans in eâ sublevatus est ab iniquitate. Etiam qui quatuor saltem ulnas in eâ deambulat, dignus est æternâ vitâ. Qui sepelitur ibi placatur DEO, ac si sub ipso altari humatus esset, quia scribitur (Deut. 32. v. 43.) propitius erit terræ suæ populo suo. Ad de vindictâ scribitur (Amos. 7. 17.) super terram impuram morieris. Quamvis verò non parum interfit, utrum quis vivus an post mortem inibi recipiatur, tamen sapientissimi quiq, etiam mortuos suos illuc convexerunt. abi & disce hoc à Iacobo patre nostro (Gen. 47 31.) & Iosepho justo (ibid. 50 25.) Semper mavelit aliquis in Palæstinâ etiam inter medios gentiles habitare, quam extra eam in urbe ubipleriq, sunt Israëlitæ. Quisquis enim terram sanctam egreditur, reputatur ut Idololatra; secundum illud (1. Sam. 26. 19.) expulerunt me hodie nè adjungar hæreditati Domini, dicentes; exi, serve Dijs alienis. In Talmud. Ierosolymitano. *cap. Hannose* quidā huic ineptiæ contradicens, mox à socio repressus est. ר׳ בר קריא ור׳ אלעזר הוו מטיילין באיסטרין ראו ארונות שהן באין ממחל א׳ ר׳׳ק לבא מה הרעילו אלו אף אני קורא עליהם ונחלתי שמתם לתועבה בחייכון ותבאו ותטמאו את ארצי במיתתכם אל כיון שמגיעין לארץ היו נוטלין נוש עפר ומניחין על ארונו דכת׳ וכפר אדמתו *Rabi Bar-Kria cum R. Elazaro deambulabat in stratis, viderunt capules è peregrinis locis advectos. dixit ille huic; quid prodest ipsis? quin ego contra eos usurpo (illud Ieremiæ 2. 7.) hæreditatem meam posuistis in abominationem, dum vivebatis: nunc venitis & contaminatis terram meam, postquam mortui estis. Respondit ei: quamprimum has terras attingunt, sumunt glebam friabilem & reponunt in feretro, quia scribitur (Deut. 32. 43.) propitius erit terræ suæ.* En quàm dulcis patria sit exulibus! quantò luculētior illius fumus signi alieno! Ite nūc Poëtæ & Ulyssis vestri desiderium narrate, quòd etiam in vili casulâ suavius sit habitare domi, quàm foris vel in splendidissimo palatio. ΟΔΥΣΣ. Ιῶτα.

Ὡς ἥδὺν γλύκιον ἦς πατρίδος ἥδὲ τοκήων
Γίνεται, εἴπερ καὶ λίς ἀπὸ πρηΰς πίνα οἶκον
Γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε λοχήων.

Theor. XI.

Imò nè opes quidem privatas augmentare licebat.

UT Deus ubique mirabilis est, ita hîc quoque Regem suum voluit esse Paradoxum. Cæteri studēt opes accumulare maximas, & eo

& eo veluti nervo potentiam suam corroborare: iste verò jubetur auricupio abstinere ac mediocribus fortunis contentus esse. Deut. 17. 17. *Argentum & aurum non multiplicet sibi valde!* Non probat Legislator sordes in Rege, multò minùs vult ejus mendicitatem, sed requirit Moderamen, vetatque VALDE sollicitum esse de corradendo. præterea non simpliciter damnat auri congregationem, sed prohibet SIBI privatim id multiplicare, ad fastum, cumque subditorum dispendio. quod Talmudici benè attenderunt. R. M. Mikoz. pr. neg. 214. שנינו בס לו ולו הוא ראינו מרבה כליסר להניח בבית גנזיו אבל מרבה הוא כדי ליתן לאכסניו ופרשיו ועבדיו: *discimus è cap. Koh. gad. vox SIBI innuit, non colligendum ut relinquat in thesauris suis privatis: at colligendum ut expendat pro suis hospitibus, & equitibus & servis.* Quod si pecuniæ aucupia in plebejis hominibus inhonesta censentur, minimè Reges avaritia decebit. Qui nuper in confusione monetariâ technis suis aliquid lucrati sunt, infames jam incipiunt haberi: & Judæos ideò averlamur, quia fœnorum artifices audiunt. parùm igitur honorificum esset, si auri sacra fame laboraret is, quem Hebræi ab exercenda liberalitate, singulari cognomento נדיב *Beneficum* appellant. Neq; hic excusat faceta magis quàm Imperatoria vox Vespasiani, qui cum ex urinæ vectigali collectam pecuniam, improbantis filii natibus admovisset, *ecquid illa puteret?* rogavit, sic nempe sordidis, exponente Juvenali - - *lucri bonus est odor ex re Qualibet.* Mirum verò hîc de solo auro & argento, nihil de Gemmis veritum. fortè ista insania, lapillos tanti emendi tunc nondum invaluit, quando rerum pretia non opinione sed usu æstimabantur. Astutè risit hanc fatuitatem in conjuge suâ Galienus quando eum qui vitreas ipsi pro veris carè vendiderat, quasi leonibus objecturus in caveam deductum, Gallinaceo tantùm exposuit, & de vitâ desperatum non gravius ultus est, quàm ut interprete Precone *Impostorum pateretur qui fecerit.* Invenio autem duas præcipuè rationes, cur pecuniarum studio interdixerit Regi, quarum prior nè insolesceret, atque animus cum crumenâ turgeret. sumus enim naturâ sic ferè comparati, ut cum vacuo loculo spiritum unâ evacuemus, cum pleno iterum impleamus. Bechai. P. Sch. דמעם כדי שלא ירום לבבו כי בעשותו אוצר לכסף ולזהב יבטח באוצרו ויסיר בטחונו מהשם יתי וראוי לכלך שיהיה ה׳ מבטחו ואוצרו ומבצרו שנ׳ והיה שדי בצריך וכסף תעפות לך: והעושר נמשל לאש כל מה שתרבה עצים תרבה השלהבת: *causa est nè exaltet cor suum. si enim colligeret thesaurum auri & argenti confideret in illo & perderet fiduciam in DEVM O. M congruit autem ut maximè Rex in DEO quærat fiduciam suam, & thesaurum suum & propugnaculum suum. sicut dicitur (Iob. 22, 25.) erit Omnipotens multitu-*

nitio tua, & argentum fortitudinù tibi. Opes verò rectè assimilantur ligni. Si quù multiplicat ligna, multiplicat etiam flammas. (h. e. ubi reditus ampliores, ibi & grandiores expensæ, tantum absumitur, quantum submini-stratur) crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Ideò privatos etiam homines monet sapiens, nè hanc unam quærant semper, ut plerique solent, sed mediocri fortunâ saturi omnia naturalibus desideriis metiantur, quibus juxta Senecam, aut gratis satisfit aut parvo. Hal. Deoth. c. 3. circ. med. צריך האדם שיכוין לבו וכל מעשיו כולם כדי לידע את ה׳ ברוך הוא בלבב ויהיה שבתו וקומו ודבורו הכל לעסק זה כיצד כשישא ויתן או יעשה מלאכה לישול שכר לא יהיה בלבו לקבץ ממון בלבד אלא יעשה אלו שימצא אשר הנף צריך להם מאכילה ושתייה וישיבת בית ונשיאת אשה לא כדי ליהנות בלבד: *debet homo cor suum & cunctas actiones semper tantùm ad DEVM O. M. dirigere, sive sedeat, seu stet, seu loquatur. v. gr. in accipiendo & erogando, aut cum operam suam alii locat pro mercede, non habeat diteſcendi tantummodò intentionem, sed faciat ista ut honestè acquirat quæ corpori sunt necessaria, veluti cibus, potus, habitatio, uxor: non ut solùm inde voluptatem percipiat.* Nunquid hoc à Judæo satis Ethicè imò Christianè scriptum? Altera causa quæ Regem specialiùs attinet, est commodum & salus subditorum, nèipsos exactionibus mulctet. Cui enim pastori detonsa lana non sufficit, is contra Tiberii monitum, pecudes deglubere quærit. Abrah A. Ezr. D. 17. שלא יעניש את ישראל: והנה שלמה שנתן הכסף כאבנים בירושלם מרוב אהבתו לממון התרעמו עליו ישראל ואמרו אביך הכביד את עולנו ויש אומרים בעבור הבנינים התרעמו ואין זה אמת כי הגרים נגד הבית כי כן כתוב והנה אדוניהם שהיה על הפס רגומיהו בפותו: *nè mulctet Israëli; sicut Salomo fecit, qui argentum collegit instar lapidum in Ierusalem,* (1. Reg. 10. 17.) *ut populus præ insatiabili ejus amore opum murmuraret,* (*tacitè dum viveret, sed apertè post obitum*) *diceretq;* (*filio successori.* 1. Reg. 12. 4.) *pater tuus aggravavit jugum nostrum. Sunt quidem qui putant propter ædificia murmuratos, at non est verum, quia proselyti laborârunt in structura domus.* (*& quod ob nimias exactiones rebellarint, constat etiam inde, quia* 1. Reg. 12. 18.) *Adoniram præfectum tributi lapidarunt, post mortem regis.* Tantâ fame convehendi auri laboravit Salomon, ut ipsi vicinus orbis non amplius sufficeret, sed hoc fine navigia in transmarinas regiones Ophir mitteret, 2. Par. 8. 18. adeò remotas ut nunquam ante trienni-um redirent c. 9. v. 21. unde etiam hebenum, ebur, simias & pavo-nes afferebant, nè quid avaræ magnificentiæ deesset præcipuè autem obrizi totas moles; quod ideò pallere, Diogenes per jocum dixit, quoniam tot passim habet insidiatores. Deliquit verò Rex Salomo, non in hoc solo, sed in omnibus tribus quæ regibus specialiter pro-

hibita

erant. Bechai. l. d. מציו שלמה שחיה גדול העולם שנכשל בשלשה אלו הרבה סוסים שנ׳ ויהי לו ארבעים אלף ארוות סוסים : הרבה נשים שנ׳ ויהי לו שבע מאות שרות ושלש מאות פלגשים : וכן הכסף שנ׳ אין כסף נחשב בימיו : וסמך על חכמתו לבו כנגד התורה ונכשל בהם : *invenimus de Salomone primate totius mundi quod lapsus fuerit in cultu tribus. multiplicavit enim Equos.* (1. Reg. 4. 26.) *habens quadragintà millia præsepiorum. multiplicavit etiam Mulieres* (1. Reg. 11. 3.) *habens septingentas uxores & trecentas pellices. sic quoq; argentum, quod ita multiplicavit* (1. Reg. 10. 21.) *ut in diebus suis pro nihilo reputaretur. Nempe fretus sapientiâ suâ, cor obfirmavit contra legem, & impegit in hisce.* Non autem Exemplis sed Legibus judicandum est; ideò loquimur hîc de jure Regum, non de Factis. quæ sæpenumero prorsus contraria erant. Videtur etiam ipse pius Davides in hoc aliquid humani passus fuisse, dum prætextu collectarũ pro futuro Templo, tantam vim opũ congessit, ut præter ea quæ palã ad hæredem trãsmisit, etiam ingentes Gazæ in privato ejus sepulchro repertæ fuerint; nisi fortè hoc ipsum quoque Salomoni tribuendum qui eum injussu morientis adeò magnificè sepeliverit. Fl. Josephus sub fin. l. 8. antiq. c. ult. *post annos* MCCC. *Hyrcanus pontifex oppugnatus ab Antiocho, apertâ cellâ monumenti Davidis, & prolatis inde tribus talentorum millibus, eorumq; parte Antiocho numeratâ, oppugnationis periculo se exemit. Ac rursum post multos annos elapsos, Herodes rex aliâ cellâ apertâ, magnam pecuniam sustulit: ad loculos tamen, qui regũm cineres continent, neuter eorum pervenit. singulari enim arte ita erant sub terram conditi, ut ab ingredientibus monumentum, inveniri nequirent.*

Objiciat hîc aliquis; num igitur Regem Utopicum sibi finxit Moses? pecunia est nervus regni & omnium rerum gerendarum, eâ qui regem spoliant, animâ quasi spoliant. Unde salaria solvet aulicis, qui egetipse? quomodo liberalis erit quisimul pauper? quadrabit in eum illud Arabum: *naturâ non tenax sum, sed fortunâ prohibeor.* Unde monetam cudet? an ex ære cyprio, ut in nuperâ confusione nostri seculi? vel è corio, ut temporibus Frid. II. Imp. Si bello lacessitur, incisis nervis quomodo resistet? R. Abr. Seb. in fascic. myr. אין ילחם עם אויביו בלא סוסים וכסף וזהב *quibus adminiculis pugnabit cum hostibus suis absq; auro, argento, equitatu?* Respond. quicquid hactenus prohibitum, id privatas tantùm opes attinet: publicas verò non modò locupletare licet, sed imò Rex omni honestâ ratione debet; ut seu quid ædificandũ sit in pace, seu quid expugnandũ bello, Respubl. suis instrumentis nun ; ũ destituatur. Maym. H. Mel. 3. 6. לא ירבה כסף וזהב להניח בגנזיו ולהתגאות בו או להתנאות בו אלא כדי שיתן לחיילותיו ולעבדין

ולעבדיו ולמשפיר וכל כסף וזהב שירבה לאוצר בית ה׳ ולהיות שם מוכן לצרכי
התיבור ולמלחמותם הרי זה מצוה להרבותו ואין אסור אלא להרבות לעצמו
בבית גנזיו שנ׳ לא ירבה לו ואם הרבה לוקה: *non coacervet aurum & argentum, ut asservet in thesauris suis, quibus superbiat aut delectetur. Sed colligat quantum debet exercitui suo, servis & ministris. Totumq; illud reponat in Gazophylacio domus DEI, ut ibi præsto sit ad necessitates Reipubl. atq; bellorum. Ecce hoc omninò præceptum est! nec prohibitum nisi privatim sibi ipsi congregare pro thesauro, quia dicitur (Deut. 17.) non multiplicet sibi. etenim si sibi multiplicaret, rapularet (de Iure.)* Verum quidem est illud Politicorum: opes subditorum esse regis thesaurum; nec pauperem censeri magistratum, qui pecuniosos habeat sub se cives: tutius etiam in illorum loculis quam fisco asservari. Quia tamen experientia docet securius paulatim colligi, invidiâque minori, quàm si extraordinariè ac simul exigatur: prudenter factum existimamus, quòd pecunias annuatim contributas, in Templo sub fideli manu custodierunt, ad futuros usus. Semag. pr. neg. 224. ריבוא את הכסף לאוצר בית השם תחת ידי נאמני ישראל להיות מוכן לצרכי ישראל *inferat argentum ad thesauros domus Domini, & concredat manibus fidelium Israël, ut sit in promptu pro necessariis sumptibus regni.* Notum est 2 cap. 30. v. 13. Exodi, fuisse olim ad fabricam Tabernaculi ab omnibus Ephebis semisiclum sive Didrachma exactum. Id postea in Jus versum est. & quotannis mense Februario repetitum, etiam in ipso exilio Babel, usque ad urbis & templi excidium. quod insuper ex Evangelio constat, solvisse Christum pro se & Petro staterem in ore piscis repertum. Matth. 7. 27. Nemo enim exemptus erat, exigebatur viritim à sacerdotibus, levitis peregrinis, etiam mercenariis atque pauperibus & qui de Eleemosyna vivebant, tantundem emendicare cogebantur, aut vestem ab humeris vendere ut solverent. Qui in Babylone post reditum lubentes habitabant, deportebant in urbe Nehardeâ, & inde cum armato comitatu Ierosolymas deferebant. Tandem verò eversâ Republ. census iste à victore Tito in Capitolium Romanum translatus fuit. Quæ omnia Maymonides peculiari tractatu שקלים exp suit. & inde pridem Ego, *in Dissert. d. Nnum. Hebr. Theor.* 14. & 27. prolixius narravi. Quantam ergò vim pecuniarum putas inde collectam tot seculis? è multis unde hoc æstimari possit, afferam unicum & memorabile, quod recenset Fl. Joseph. 14. antiq. c. 12. Erat in templo trabs aurea, pendens minas trecentas, hoc est 750. librasauri puri puti; inclusa tamen alteri cavæ trabi lignea: quod mysterium omnibus etiam sacerdotibus occultatum, solus scivit sicci thesauri custos Eleazarus. Cum autem M.

Crassus,

Crassus ille auri sitientissimus Dux Romanus, expeditione contrà Parthos susceptâ, Ierosolymas venisset, abstulit è templo præsentis pecuniæ duo talentorum millia, quæ antea victor Pompejus, religione loci attingere non ausus fuerat; item insuper alia octo talentorum millia, quæ passim in ornatu ædis sacræ visebantur. *Eleazarus igitur vir alioquin bonus & justus, cum concreditum haberet aulæorum templi custodiam, ex hâc trabe pendentium, quorum admiranda pulchritudo erat, & apparatus pretiosissimus; videretq; Crassum totum esse in colligendo auro, timens omnibus templi ornamentis, trabem hanc redemptionem pro omnibus ei dedit: cum prius eum jurejurando obstrinxisset, nihil aliud loco moturum, contentum eo quod ipse traderet, æstimatum pluribus aureorum millibus. Crassus quidem accepit, sed mox violato jurejurando, totum quantum intus erat egessit. Nec est mirandum (addit Iosephus) tantas divitias in nostro templo fuisse, cujus DEVM cum omnes ubique terrarum Iudei venerentur accolant, tàm ex Europâ quàm ex Asiâ longo tempore huc eas contulerant. &c.* probat etiam Strabonis testimonio, hanc summam non ad vanam gloriationem esse confictam, nec testibus carere. Sed transeamus ad cætera.

CAPUT IV.

DE SUBDITIS.

Theor. XII.

Subditos humaniter ut Fratres regere jussus.

EST & hoc inter fundamentales regni leges Deut. 17. 20. comprehensum, *nè cor suum elevet supra FRATRES*. Sed iis non tàm præesse quàm ipsummet accéseri se cogitet: illud simul considerans, multò sibi apud exteros fore honorificentius, si ut liberos homines liberaliter tractaverit, quàm serviliter ut servos vix enim aliud est, quod totam aliquam gentem, apud alias viliorem reddat & ubique contemptam, quàm si Mancipia regum suorum audiant. Itaque vetat scriptura subditis ad Dominatum abuti. Maym. H. Mel. c. 2. §. 8. כדרך שהלך לו הכתוב הכבוד הגדול וחייב הכל בכבודו כך צוהו להיות לבו בקרבו שפל וחלל שנ' ולבו חלל בקרבו ולא יגבה גסות לב בישראל יתר מדי שנ' לבלתי רום לבבו מאחיו *quemadmodum scriptura ei gloriam ingentem*

ולעבדיו ולמשמיו וכל כסף והנה שירבה לאוצר בית ה׳ ולהיות שם מוכן לצרכי
האבור ולמלחמותם הרי זה מצוה להרבותו ואין אסור אלא להרבות לעצמו
בבית גנזיו שנ׳ לא ירבה לו ואם הרבה לוקה: *non coacervet aurum & argentum, ut asservet in thesauris suis, quibus superbiat aut delectetur. Sed colligat quantum debet exercitui suo, servis & ministris. Totumq; illud reponat in Gazophylacio domus DEI, ut ibi præstò sit ad necessitates Reipub. atq; bellorum. Ecce hoc omninò præceptum est! nec prohibitum nisi privatim sibi ipsi congregare pro thesauro, quia dicitur (Deut. 17.) non multiplicet sibi. etenim si sibi multiplicaret, vapularet (de Iure.)* Verum quidem est illud Politicorum: opes subditorum esse regis thesaurum; nec pauperem censeri magistratum, qui pecuniosos habeat sub se cives: tutius etiam in illorum loculis quam fisco asservari. Quia tamen experientia docet securius paulatim colligi, invidiâque minori, quàm si extraordinariè ac simul exigatur: prudenter factum existimamus, quòd pecunias annuatim contributas, in Templo sub fideli manu custodierunt, ad futuros usus. Semag. pr. neg. 224. ריבא את הכסף לאוצר בית השם תחת ידי נאמני ישראל להיות מוכן לצרכי ישראל *inferat argentum ad thesauros domus Domini, & concredas manibus fidelium Israël, ut sit in promptu pro necessariis sumptibus regni.* Notum est 2 cap. 30. v. 13. Exodi, fuisse olim ad fabricam Tabernaculi ab omnibus Ephebis semisiclum sive Didrachma exactum. Id postea in Jus versum est. & quotannis mense Februario repetitum etiam in ipso exilio Babel, usque ad urbis & templi excidium. quod insuper ex Evangelio constat, solvisse Christum pro se & Petro stateram in ore piscis repertum. Matth. 7. 27. Nemo enim exemptus erat, exigebatur viritim à sacerdotibus, levitis peregrinis. etiam mercenariis atque pauperibus & qui de Eleemosyna vivebant, tantundem emendicare cogebantur, aut vestem ab humeris vendere ut solverent. Qui in Babylone post reditum lubentes habitabant, deponebant in urbe Nehardeâ, & inde cum armato comitatu Ierosolymas deferebant. Tandem verò eversâ Republ. census iste à victore Tito in Capitolium Romanum translatus fuit. Quæ omnia Maymonides peculiari tractatu שקלים exp fuit. & inde pridem Ego, *in Dissert. d. Numm. Hebr. Theor.* 14. & 27. prolixius narravi. Quanam ergò vim pecuniarum putas inde collectam tot seculis? è multis unde hoc æstimari possit, afferam unicum & memorabile, quod recenset Fl. Joseph. 14. antiq. c. 12, Erat in templo trabs aurea, pendens minas trecentas, hoc est 750 librasauri puri puti; inclusa tamen alteri cavæ trabi ligneæ: quod mysterium omnibus etiam sacerdotibus occultatum, solus scivit sicci thesauri custos Eleazarus. Cum autem M.

Crassus,

Crassus ille auri sitientissimus Dux Romanus, expeditione contra Parthos susceptâ, Ierosolymas venisset, abstulit è templo præsentis pecuniæ duo talentorum millia, quæ antea victor Pompejus, religione loci attingere non ausus fuerat; item insuper alia octo talentorum millia, quæ passim in ornatu ædis sacræ visebantur. *Eleazarus igitur vir alioquin bonus & justus, cum concreditam haberet aulæorum templi custodiam, ex hâc trabe pendentium, quorum admiranda pulchritudo erat, & apparatus pretiosissimus; videretq; Crassum totum esse in colligendo auro, timens omnibus templi ornamentis, trabem hanc redemptionem pro omnibus ei dedit: cum prius eum jurejurando obstrinxisset, nihil aliud loco moturum, contentum eo quod ipse traderet, æstimatum pluribus aureorum millibus. Crassus quidem accepit, sed mox violato jurejurando, totum quantum intus erat egessit. Nec est mirandum (addit Iosephus) tantas divitias in nostro templo fuisse, cujus DEVM eum omnes ubique terrarum Iudei venerentur ac colant, tàm ex Europâ quàm ex Asiâ longo tempore huc eas contulerant. &c.* probat etiam Strabonis testimonio, hanc summam non ad vanam gloriationem esse confictam, nec testibus carere. Sed transeamus ad cætera.

CAPUT IV.

DE SUBDITIS.

Theor. XII.

Subditos humaniter ut Fratres regere jussus.

EST & hoc inter fundamentales regni leges Deut. 17. 20. comprehensum, *ne cor suum elevet supra FRATRES*. sed iis non tàm præesse quàm ipsummet accêseri se cogitet: illud simul considerans, multò sibi apud exteros fore honorificentius, si ut liberos homines liberaliter tractaverit, quàm serviliter ut servos vix enim aliud est, quod totam aliquam gentem, apud alias viliorem reddat & ubique contemptam, quàm si Mancipia regum suorum audiant. Icaque vetat scriptura subditis ad Dominatum abuti. Maym. H. Mel c. 2. §. 8. בדרך שהלך לו הכתוב הכבוד הגדול וחייב הכל בכבודו כך צוהו להיות לבו בקרבו שפל וחלל שנ׳ ולבו הלל בקרבו ולא ינהג גסות לב בישראל יתר מדי שנ׳ לבלתי רום לבבו מאחיו *quemadmodum scriptura ei gloriam ingentem*

tribuit, dum universos obligat ut illum honorent; ita vicißim ipsi præcipit. ut corde suo intra se humilius sit atq, quasi saucius, sicut dicitur (à Davide, Psal. 109. 22.) cor meum intra me dolet. neq, insolentius se efferat quàm par est, quia vetatur elevare cor suprà fratres. Talis fastus in Alexandro M. fuit, qui se Jovis filium appellare jussit; & in Sapore Persarum rege, qui titulos suos in literis ad Constantinum sic exorsus esse fertur: *Rex regum SAPOR, princeps siderum, frater solis & luna, Constantino salutem.* Obliti sunt isti humanæ sortis; & quàm facilè frangatur vitrea fortuna, etiam cum maximè splendet. Nonne altissimæ quercus postquam diu creverunt, interdum unâ horâ eradicantur, si ventus irruat? credo Bajazetem, si quis vates caveæ inclusum iri prædixisset, velut impossibili fidem non habiturum fuisse. fortè nec Joachin aut Sedekias unquam capi se posse metuerunt! & tamen ille in carcerem compactus, 2. Reg. 24. 15. & 25. 27. iste verò etiam exoculatus fuit, atque catenis ligatus. Ibid. v. 7. Itaque Diadema situlis comparo, quibus ancillæ aquas in capite gestant; ut enim sub illis subsilire non licet, nisi ab aquarum mole opprimi velint & totæ conspergi: sic regis coronam censeo tale onus esse, quod nisi moderatè feratur, ipsum gestantem & quotquot in propinquo sunt, minâ suâ graviter ferire queat. Discamus verò simul nos humilioris fortunæ homunciones, si DEUS fastum in magnatibus oderit, quantò indignius ferat cæteris? R. M. B. Nachm. Parf. Schoph. כי הכתוב ימנע הסלך מן הנאות ורסמות הלב וכל שכן האחרים שאין ראוין לכך כי בראוי להתרומם ולהתגדל יוהירנו להיות לבבו שפל כבל אחיו הקטנים ממנו כי הנאות מדה מגונה ונמאסת אעל האלהים אפילו בסלך כי לה הגדולה לבדו וכתיב בואת יתהלל: וגו *si scriptura Regem arcet à superbiâ & elatione cordis, quantò longius cæteros, qui eo inferiores? Ille videbatur dignior (vel justiores causas habere) ut se efferat atq, magnificet, tamen monetur esse humili corde, instar fratrum minimorum. Fastus enim vitium est exosum & abominabile coram Domino, etiam in rege: quia ipsi DEO soli debetur magnificentia. Sic dicit ille (Ieremi. 9. 23.) non glorietur potens in potentiâ suâ, sed quòd sapiat & me cognoscat.* Veteres Hebræi tradiderunt, humilitatem esse signum gentilis Judæi, fastum verò nothi notam certissimam. Pirk. Abot. sub fin. cap. 5 כל מי שיש בו שלשה דברים הללו עין טובה ורוח נמוכה ונפש שפלה מתלמידיו של אברהם אבינו: ושלשה דברים אחרים עין רעה ורוח גבוהה ונפש קצרה מתלמידיו של בלעם הרשע: *In quocunq, tres hæ proprietates inveniuntur, oculus bonus (b. e. ἀνάπλεως quasi sorte contenta) spiritus mansuetus (quidvis pati paratus) & anima humilis cujus cedere gnara) is est è Discipulis Abrahami patris nostri: contrà, ubi tria opposita, malus oculus (b. e. invidia) spiritus sublimis & anima*

curta

ouvta (impatiens q.) ille est è discipulis Bileam maligni. Celebratur ibid. cap. 4. Chria Rabbi Meir prisci, morientis הוי שפל רוח בפני כל אדם *studendum humilitati spiritus erga quosvis homines.* & paulò anterius altera coævi Ben-Azai, dicentis אל תהי בז לכל אדם שאין לך אדם שאין לו שעה *Noli quenquam contemnere: nemo enim est cui non sit sua quoq; hora.* præsertim quia. ut mox R. levitas Jabnæus addit תקוה אנוש רמה *vermes nostra sunt expectatio.* Revertor ad Regem, cui hæc virtus præ cæteris necessaria; ut à subditis Ametur: quod ipsi propugnaculum est quavis arce fortius. *Non sic excubiæ, nec circumstantia tela, Quàm tutatur AMOR:* ut Poëta canit in hoc minimè poëtans. Benevolentia populi est illa Tuttis in qua securissimè residet; illa Mœnia quibus optimè munitur: illi Satellites qui fidelissimè custodiunt. Quid enim interest an quis non habeat præsidium, vel eo non indigeat? Maym. loc. cit. יהיה חונן ומרחם לקטנם ותרומם ויצא ויבא בחמתם ובטובתם ירחום על כעור קטן שבקטניהם וכשמדבר אל כל הקהל *sit gratiosus & clemens minimis ut maximis: sic exibit & redibit cum benevolentiâ ipsorum & desiderio. non negligat honorem parvorum, & quando alloquitur totam multitudinem. utatur verbis blandioribus, sicut legitur (à Davide factum, 1. Par. 28. 2.) audite me ô fratres mei & populi mi!* Præsertim verò mirè demulceteos Audientiæ facilitas si miserorum querimonias patienti aure dignantur. Quod de Rudolfo Habspurgio refert Cl. Berneg. *ad 43. cap. Cæs. Suet.* cum submoveri à satellitio suo tenuiores quosdam videret, ad se viam affectantes, non sine stomacho edixisse: *Per DEVM, finite homines ad me venire. non enim ideò ad imperium vocatus sum, ut in arculâ includar.* sed fruendæ justitiæ causa, ut olim Δικαστὴλοι. Ob hanc clementiam & alias virtutes regias adeò amabatur David à populo, ut de officiositate certaret tribus Juda cum reliquis, & quælibet potiores apud ipsum partes obtinere vellet. 2. Sam. 19. 43. sic etiam favorabilis Romano populo fuit Germanicus, *ut quoties aliquò adveniret, vel secunde discederet, pra turbâ occurrentium prosequentiumvè non nunquam vitæ discrimen adierit.* Suet. in Calig. c. 4. Tantum potest humanitas & moderatio. R. Lev. B. Gersad. 20. cap. Misl. בחסד אשר יעשה המלך לעמו ימשך לבבם אליו והוא כמו מסעד לכסאו כי בזה יתקיים עליהם וינשאהו וכבודתו ובאמת יהיה נשלם תקן המלכות: אין כבוד לפי שיבקש השלימות להשחית נפשו ולעכור שארו כמו שיחשבו הכסילים אבל צריך שיעשה חסד להשגיח בבריאות נפשו ואיבריו ובזה יהיה נשמר ויבא לו מהם העזר הראוי כי בהלותם יחלה הוא גם בזה האופן יהיה מתחזק כאזו ורוממתו עליהם כי יעבדוהו מאהבה ואם יעמים עליהם עולו ולא יוכלו שאתו יהיה זה סבה אל הבעיטה לו: *Gratiâ quam impertit Rex populo suo, trahit*

illorum animos ad se, quod est quasi fulcrum throno suo. propter illud exaltabunt eum, & submittent se ad servitia ejus. Fidelitas autem perficit stabilitatem regni. Qui sanitatem quærit, ei non convenit ut destruat ipse corpus suum & saviat in propriam carnem, ut solent mente capti; sed opus est ut faciat sibi misericordiam & prospiciat valetudini membrorum, per hoc custoditur, & inde venit ipsi reciprocum auxilium; sicut è contrario illis ægrotantibus ægrotat ipse. Consimilibus mediis firmatur thronus & majestas regis, ut serviant ipsi ex amore: at qui eos onerat intolerabili jugo, quod ferre nequeunt, is causatur ut recalcitrent sibi. Amorem igitur apud subditos, Metum verò apud hostes quærat bonus Rex: & domi Pater, foris autem Dominus audiat. Nam qui Rex authoritatem suam sola severitate tueri studet, is facilè omnium animos à se alienat, ut levi occasione rebellent. Mitto exotica exempla plurima, sufficiat pro comprobatione dicti unum illud Rechabeami, qui jugum alleviare rogatus, de consilio juniorum duriter nimis respondit 1. Reg. 12. 14. *non tantùm nil se remissurum, sed etiam gravaturum amplius:* quo effecit ut unâ die decem tribus à se deficerent, solæ duæ fideles permanerent. Facellat igitur improba vox: *Oderint dum metuant*, quam Caligula toties jactabat. Suet. c. 30. audiantur verò salutaria illa, quæ ad Neronem Seneca præclarè scripsit, totis libris de Clementiâ, utinam hodiéque totis! unde pauca delibabimus. lib. 1. cap. 1. *Summa parsimonia sit etiam vilissimi sanguinis. Quilibet solo hominis nomine gratiosus sit. Alius dignitati donetur, alius humilitati: ex quotiescunque nulla inventur misericordiæ causa, sibi ipsi parcatur.* cap. 2. *Adhibenda tamen est moderatio, quæ sanabilia ingenia distinguere à deploratis sciat: quia tam omnibus ignoscere crudelitas est, quàm nulli. Sed quia difficile tempe examen rerum, quicquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem prependeret.* cap. 7. *Pestifera res est, valere ad nocendum. Illius demum magnitudo laudabilis est, quem omnes non tam supra se esse, quàm pro se sciunt: quo procedente, non tanquam noxium animal è cubiculo prosiliret, diffugiunt, sed quasi ad beneficum sidus certatim advolant; objicere se pro illo mucronibus insidiantium parati simi, & substernere corpora sua. si per stragem illi humanam, iter ad salutem struendum sit.* cap. 5. *Animus Reip. tuæ es, illa corpus tuum: tibi ergò parcis, cum videris alteri parcere. occidere contra legem quivis potest; servare nemo præter te. magnam igitur fortunam magnumquoq; animum decet, cujus proprium est offensiones despicere: multebre verò in irâ furere, ac ferarum etiam more. non multum supra eum positus eminet, cui se irascendo exæquat. &c.* sequuntur ibi plura hujus argumenti prorsus aurea & memoriter ediscì omninò digna, sed quæ huc referre prolixitas vetat, ipsumque lector si vult inveniet.

Redeo

Redeo ad Hebræos, qui etiam multa dissimulari, nec omnia tàm minutim vindicari volunt. amittit enim severitas aculeum & vim suam assiduitate. atque ut cibi ob usum quotidianum medicamenta esse nequeunt, ita continuus rigor desinit illos emendare, qui jam assueverunt. Transeat igitur interdum aliquod minutulum, ut majora deinde fructuosius puniantur. Hal. Melach. 2 9. לעולם יתנהג בענוה יחידה אין לנו גדול ממשה רבינו והוא אומר ונחנו מה לא עלינו תלונותיכם ויסמל מרחם ומשאם ותלונתם וקצפם כאשר ישא האומן את־היונק: *semper lenitas praponderet. Non habemus majorem Mose nostro ductore, u tamen ait:* (Exod. 16. 8.) *quantilli nos sumus! non contra nos murmurastis. Et tulit onus, iram atq; ingratitudinem eorum, sicut gestat nutrix sugentem,* (Num. 11. 12.) Ut multa funera medicum, sic regem crebra supplicia non commendant. Illustre specimen hujus clementiæ (post Mosen) edidit Rex David, ab impurissimo cane Simei contumeliosè lacessitus 2. Sam. 16. 7. cum enim Abisæus quidam aulicus indignitatem rei vindicaturus caput maledico jamjam avellere pararet, increpuit eum fortiter. & sic meritam ultionem inhibuit. Ipse quoque Saulus noviter electus, cum à quibusdam è fece plebis, ut regno ineptus contemneretur, audisse contumeliam dissimulavit, 1. Sam. 10. 27. & mox insigni victoriâ virtutem populo sufficienter comprobans, cavillantes tamen punire nolùit, c. seq. 11. v 13. scilicet fortior est qui seipsum quàm qui hostes vincit, juxta scitum illud R. Simeonis ben-Zomæ (qui coætaneus & collega fuit Akibæ) in Pirk. Afot. init c. 4. איזהו גבור הכובש את יצרו שנ׳ טוב ארך אפים מגבור ומושל ברוחו מלוכד עיר *Quinam est fortis? qui subigit affectus. sicut dicitur* (*in fonte omnu sapientiæ, Prov. Sal. c. 16. v. 32.*) *longanimis præstat robusto, & dominator spiritus victori urbium.* Ideò vocantur Clementes & ab ipsomet Christo Benefici εὐεργέται Luc. 22. 25. (quo simul non obscurè ad Ptolemæum hujus cognomenti alludere videtur) Estque semper apud posteritatem major hujus virtutis quàm potentiæ fama. ut alter R. Simeon eod. c. ait שלשה כתרים הם כתר תורה וכתר כהונה וכתר מלכות וכתר שם טוב עולה על גביהן: *tres quidem corona sunt, legis scilicet, sacerdotii & regni: sed corona bona famæ transcendit omnes.* Summa, ut optimus pastor censetur is, qui gregem absque jactu pedi, solo fistulæ accentu aut oris blando murmure ducit quâ vult; ita gubernator optimus, qui uno clementi verbulo id efficit, quod eculeis vix assequeretur tyrannus. Maym. H. Mel. 2. ult. רועה קראוהו הכתוב שנ׳ לרעות ביעקב עבדו ודרכו של רועה מפורש בקבלה כרועה עדרו ירעה בזרועו יקבץ טלאים וכחיקו ישא וגו׳ *pastorem vocat scriptura, sicut dicitur* (*Psal. 78. 71.*) *elegit servum David, ut pascat populum*

Iacob officium verò pastoris expressè traditum est (*Esa.* 40. 11.) *pascere Gregem, agnellos brachio collectos in sinu portare, fœtas deducere. &c.* Conferamus jam cũ dictis & scripturæ sacræ conformibus regnandi regulis, aliquot Emblemata Politica, & si Dîs placet, egregia tuendæ potestatis arcana, quæ bipedum vaferrimus ille Machiavellus, capp. 17. & 18. d. p inc. docet. *Parvi ducat Princeps sævitiæ nomen, quo concordes suos in fide retineat; paucissimis enim exemplis clementior erit. Tutius est, si alterutro carendum, metui quàm diligi. Homines minori respectu offendunt, qui student ut diligantur, quàm qui metuantur. Pulchrè satis cohærere possunt timeri & in odio non esse. citius parentum cædem oblivioni dant homines, quàm fortunarum suarum direptionem. eripiendi tamen aliena nunquam non aderunt causæ: perpetuò causas exquiret, quibus alienas opes occupet. contra sanguinis effundendi rariores sunt causæ, citiusq; prætereunt atq; deficiunt. At Principi jam in exercitu versanti atq; multitudinis procurationem habenti; statuendum omninò est, ut inhumanitatis nomen pro nihilo ducat. Cum homines ad arbitrium suum ament, metuant autem ad Principis voluntatem, Princeps qui sapientiâ valet, eo quod suæ est non alienæ facultatis niti studeat. Duo sunt genera decertandi, unum jure legum, alterum per vim; cumq; illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum ad posterius, si non satis est uti superiore. Ideo Achilles Chironi centauro educandus & in disciplinam fuit concreditus; Cum itaq; Principem magni referat belluinum ingenium scire inducere, ei tum vulpis, tum leonis mores assumendi erunt. Nunquam defuturæ sunt causæ, quibus in violatam fidem colorem inducat. plurimum refert ut quis rectè norit colore vestire, cùm simulando tùm dissimulando: homines enim adeò simplices sunt, ut qui fallax & simulationis artificio eruditus est, statim sit habiturus qui se illi decipiendum tradat. Nolim Alexandri VI. Pontif. Max. recens exemplum silentio præteritum. Is nihil quàm mortalium impostorem egit. qui speciosius juraverit jusjurandum, vicissimq; qui minus præstiterit, nemo unquam fuit. Quocirca ad omnem ventorum & fortunæ conversionem versatile ingenium Princeps habeat necesse est. Curam adhibeat nè quid ex ejus ore excidat, quod quinq; illis jam enumeratis partibus non sit refertum, ut pietatem, fidem, integritatem, humanitatem, religionem sanctè colere videatur. Nemo non videt quid præ te feras, at pauci sunt qui quod sis sensu percipiant; qui pauci non audent multorum opinioni adversari. Quibus aliquid fiat rationibus nil interest, modò honesti speciem præ se ferat. &c.* ô scelus! non simplici suspendio digne! Itané majestatem conservari putas? feriam te unico velut ictu, illius etiam à Rege & quidem sapientissimo mortalium prolati, qui rationem status intellexit maximè si quis alius; imò ab ipsomet sacro spiritu dictatis-

tati: MISERICORDIA ET VERITAS CUSTODIUNT REGEM, PIETAS FULCIT SOLIUM. Prov. Sal. c. 20. v. 28. ad quod Kab-venaki sic notat: החסד שיעשה המלך הוא הפלגת הטובה אפילו למי שאינו ראוי כה וכן האמת שיהיה אמתי בדבריו ויאהב האמת וידבק בו שני אלה הדברים ישמרו המלך מכל היזק ובחסד לבדו שיעשה המלך יסמך ויתמך כסא מלכותו: *per Misericordiam, quam regi commendat, intelligit hyperbolen vel excessum bonitatis, etiam erga eos qui non digni sunt. per Veritatem, ut sit fidelis in sermonibus suis, & hanc virtutem amet colatq; : hæc enim ambo custodient eum ab omni nocumento. Sola verò pietas stabilit & suffulcit thronum regni sui.*

Supereſt ut & hoc breviter attingam, ſapientes in ſpecie, humanius & honorificentius à rege tractari debuiſſe: Sic enim Rambamus circ. med. cap. citati מצוה על המלך לכבד לומדי התורה וכשיכנסו לפניו סנהדרין וחכמי ישראל יעמוד לפניהם ויושיבם בצדו וכן היה אסא מלך יהודה עושה אפילו לתלמיד חכם היה עומד מכסאו ומנשקו וקורא לו רבי ורבי *praceptum erat regi, honorare doctores legis. cum igitur intrabant coram ipso Synedriales aut ſapientes Iſraël, aſſurgebat ipſis, collocans eos juxta latus ſuum. Sic fecit Aſa Rex Iudæ, etiam diſcipulis adhuc, aſſurgendo de throno ſuo & illos oſculando, appellandoq; Mi Magiſter! Mi Domine!* De Synedrialibus quidem minus mirum eſt, quia in ſtatu regni non merè Monarchico, magnam ipſi quòque poteſtatem exercebant, civilium quippe cauſarum cognitionem penè ſoli poſſidentes: quod verò cæteris quoque privatis hic honor fuit habitus imputandum eſt eruditionis merito & dignitati literarum, quæ ſui cultores ſic remunerantur, ut *quamvis obſcuro ſint loco nati, ſedeant tamen juxta principes, juxta principes inquam populi ſui*: quod Pſaltes inter mira providentiæ DEI ſpecimina recenſet Pſal. 113. v. 8. Literati ſanè omnium ferè ſeculorum à regibus hanc reportarunt gratiam, ut cæteris non tantùm haberentur honeſtius, ſed & ab oneribus publicis eſſent immunes. De quo ſtudiorum privilegio teſtatur priſcus ille R. Nechonias ben Hakkana, qui Uzielidis tempore paulò ante Chriſtum vixit in Pirk. af. c. 3. כל המקבל עליו עול תורה מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ *qui recipit in ſe jugum doctrinæ, ab illo auferetur jugum regni, quo gravari ſoleat plebeii.* Quiſquis es ergò adoleſcens, qui è tenebris ad lucem emergere cupis, poſt DEUM ama literas. & ipſæ te redamabunt, nutrient, honorabuntque. Penè oblitus eſſem Davidis, qui hoc ſolo nomine Achitophelem (cæteroq; in improbum) amicitiæ ſuâ dignatus eſſe fertur. ibid. c. 6. דוד המלך ישראל שלא למד מאחיתופל אלא שני דברים בלבד קראו רבו שנ' ואתה אנוש כערכי אלופי ומיודעי קל תחוסר הלוסר מחברו ערק אחד או הלכה אחת או פסוק אחד או דבר אחד או אפילו

אות אחת על אחת כמה וכמה שצריך להנוג בו כבוד ואין כבוד אלא מתורה שנ׳ כבוד חכמים ינחלו: *David Rex Israëlis quamvis ab Achitophele non nisi duas res didicerit (unam scilicet, nè privatim & solitarie disceret; alteram nè auditorium superbo incessu adiret: ut quidem Iudæi narrant) vocavit tamen illum Rabbi sive Magistrum suum. sicut legitur (Psal. 55. 14.) tu collega, doctorq; mi notissime! A minori ad majus: quisquis à socio discit integrum caput vel tractatum, imò versum unicum aut literulam, tenetur ipsi honorem deferre; qui præcipuus est è doctrinâ: sicut dicitur (Prov. 3. 35.) gloriam sapientes hæreditabunt. &c.* Intellige tamen hoc totum de congressu privato: nam in publico actu Reges omninò majestatem suam, severitate gestum & convenientibus pompis tueri decet, ut mox seq. Theoremate dicetur.

Theor. XIII.

Sic tamen nè quid Honoris deperdat.

HOnorandos esse magistratus omnes, præcipuè verò Reges, unanimi populorum consensu notum est, nec eget probatione. Illud verò præceptum æqualiter universos obligat, nullâ ætatis, status, dignitatis vel sexus exceptione. Ideò dicunt Hebræi, etiam Pontificem & Prophetas hoc cultus debito teneri, quamvis enim ipse Rex oraculum consulturus stare debeat corâ Pontifice, ob reverentiam divini pectoralis Urim & Tymmim, & futurorum interpreti honorem deferre; tamen extra hunc casum Pontifex vice versâ Regem venerati, pronusque salutare jubetur æquè ut alii. Imò quos Deus extra ordinem miserit Prophetas, personarum aliàs non respectores, id minimè neglexisse ajunt. Maym H Mel. init. c. 2. כבוד גדול נוהגין בכלך ומשימין לו איסה ויראה בלב כל אדם שנ׳ שום תשים עליך מלך שתהא איסתו עליך: *Honorem maximum regi exhibent, tribuentes ipsi venerationem & reverentiam è cordibus cunctorum, sicut dicitur (Dent. 17.) ponendo ponesfuper te regem: scilicet ut ejus terror sit super te (de quo Prov. 20. 2.)* & mox §. 5. כל העם באין אליו בעת שיצא ועומד לפניו ומשתחוין ארצה אפילו נביא עומד לפני המלך משתחוה ארצה שנ׳ הנך נתן הנביא ויבא למת המלך וישתחו למלך: אבל כהן גדול אינו בא לפני המלך אלא אם רצה ואינו עומד לפניו אלא המלך עומד לפני כהן גדול שנ׳ ולפני אלעזר הכהן יעמד אשר כן מצוה על כהן גדול לכבוד את המלך ולהשתחוות לפניו מפני כבודו לן אלא עמד המלך לפניו אבל כשישב לו *omnes populi, veniunt tempore quo ipsi placuerit, stantes coram*

coram illo & adorantes versus terram. etiam Prophèta regem accedens sic incurvatur, prout de Nathano patrebesiaste legimus (1. Reg. 1. 23.) procidisse in faciem suam. At summus sacerdos nunquam accedit regem nisi voluerit, nec stat coram eo: sed potius Rex stat coram pontifice, sicut dicitur (Num. 27. 21.) coram Eleazaro sacerdote stabit: quamvis alias praceptum sit pontifici honorare regem & assurgere advenienti. non enim stabit rex coram illo, nisi quando consulit judicium Lucis. Secus quàm olim facitavit Alexander tertius, qui Imp. Fr. Barbarossam Venetiis in vestibulo S. Marci pedibus conculcavit, quasi super aspidem & basiliscum ambulaturus; ut illius ætatis historiæ narrant. Est verò cumprimis notabile, quòd regem honori suo renunciare potuisse negant, quamvis ex humilitate voluerit. Talm M. Sanh. p. 19. a. in marg. sinistr. הרב שמחל על כבודו כבודו מחול מלך שמחל על כבודו אין כבודו מחול; *si magister remittit honorem suum, remittitur ille: at non si Rex remittat suum.* quia nempe publicam sustinet personam, & si quid contumeliæ pateretur, id non modò sibi privatim, sed magis publicè toti regno inhonestum foret. Quemadmodum qui in comœdiâ principis agit partes, non simul morionis vultum induere potest: ita quos Deus in hoc mundi theatro altius posuit, stationem suam attendere decet, & meminisse, quicquid inceptent, omne in propatulo esse, nec à præsentibus tantùm spectari taciteque censeri, sed in historias referendum aliquando à posteritate lectum & liberrimè dijudicatum iri. Quamvis Nero facinorum suorum commentarios infamiæ metu cremaverit, tamen omni potestatis impedire non potuit, quo minus hodie cognoscantur publicè. Itaque omninò Famæ ratio haberi debet & quicquid in multorum oculos incurrit, honorificum esse. Levicula videntur quæ ad corporis cultum pertinent, atque virilibus curis vix digna: & tamen referunt Hebræi regem suum quotidie prius domi tonsum lotumque fuisse, quàm in publicum prodierit, ut scilicet splendidior appareret. Maym. H. Mel. med. cap. 2. המלך מסתפר בכל יום ומתקן עצמו ומתנאה בכלכושים נאים ומפוארים שנ' מלך ביופיו תחזינה עיניך; *Rex tondetur omni die & ornat seipsum, induiturq; vestibus pulchris & honorabilibus, sicut legimus (Esai. 33. 17.) regem in decore suo spectabunt oculi tui.* Forma quidem viros neglecta decet; fuit tamen etiam Cæsar, relatu Suet. c. 45. *circa corporis curam mundior, ut non solùm tonderetur diligenter, ac raderetur, sed vellicari etiam, ut quidam exprobraverunt: calvitii verò deformitatem (supervacaneo pudore) imquisitissimè ferret. sæpe obtrectatorum jocis obnoxiam expertus. ideoq; & deficientem capillum revocare vertice assueverat. & ex omnibus decretis sibi à S. P. Q. honoribus, non aliud aut recepit, aut usurpavit libentius, quàm*

Ius Laureæ perpetuò gestandæ. Etiam cultu notabilem ferunt; usum lato clavo ad manus fimbriato. &c. totum verò id gestum in conclavi privato: & grande nefas habitum, spectare nudum, lavantem, vel tonsori suppositum regem. Ibid paulò anterius. אסור לראותו כשהוא עירום ולא כשהוא מסתפר ולא כשהוא בבית המרחץ ולא כשהוא מסתפג *piaculum est ipsum cernere nudatum, aut quando tondetur, aut quando versatur in balneo. aut quando abstergitur spongiâ.* Quod minimè curavit amor ille ac delitiæ generis humani Titus, dum teste Suet. c. 8. *in thermis suis admissâ plebe lavit, nè quid popularitatis prætermitteret.* Quia verò nimia familiaritas certum parit contemptum, rectius videntur Judaici reges ista, procul à spectatoribus in occulto sustinuisse; ubi & omnis recreatio tutior est. sive quis cum eodem Tito psallere velit, sive cũ Alexandro M. sphærã impellere, sive cum Adriano & M. Antonino pingere. Vestimenta quod attinet atq; reliquũ apparatũ, constat regibus non reputari pro fastu, si splendidè ornentur, sed omninò decere, ut in his quoque supra omnes emineant: esse verò peculiaria quædam ipsorum ornamenta, & majestatis velut symbola ut coronam & sceptrum, quæ in solenni actu ostentent. Maym. ibi. יושב על כסא מלכות בפלטרין שלו ומשים כתר בראשו *residet super thronum regalem in palatio suo, gerens coronam in capite.* Authoritatis etiam esse ut sedeant, ubi cæteri assistunt; imò in ipso quoque sacri cultus loco: quem tamen honorem solis Davidicis attribuit idem Rabinus §. præc. אם נכנס לעזרה והיה מורע דוד ישב שאין ישיבה בעזרה אלא למלכי בית דוד בלבד שנ' ויבא המלך דוד וישב לפני ה' *cum intraverit atrium (sanctuarii) si est de semine David, absidet. neq; enim sedendi locus est in atrio, nisi regibus familiæ Davidis tantùm: sicut dicitur (2. Sam. 7. 18.) ingressus est rex David, & sedit coram Domino.* unde obiter illud quoque apparet, olim non sedisse alium quenquam in templo Jerosolymitano, ut nos in nostris solemus, sed aut erectos stetisse, aut procubuisse in genua; secundum illud quod in Pirk. af. c. 5. inter primæ domus mirabilia refertur: עומדים צפופים ומשתחוים רווחים *qui coarctati stabant, adorabant dilatati. h. e. quibus ob multitudinem in festivis conventibus vix staudi locus erat, suppetebat tamen sufficiens spacium ingeniculandi.* Porrò si quis sermo ad plebem habendus esset, fieri debebat breviter & graviter, sine titulis, sine ambage. ut enim multiloquium etiam in privato, sapientiæ penuriam. & (quæ certus illi comes est,) ingenii ventositatem arguit; ita inanis battologia omnium minimè Reges decet: quorum est jubere, non declamare: coaxare verò ranarum. qui canes multùm latrant, mordent parùm. Augustius ergò habetur plurima exequi pauca locutum: nam Rex &

Lex veteri proverbio sunt monosyllaba. Maym. loc. sæpè citat: כוֹא כוסן שיהיה המלך בביתו לבדו הוא ועבדיו יעשה זה בצנעה אבל בפרהסיא בפני העם לא יעשה ולא יעמוד מפני אדם ולא ידבר דבות ולא יקרא לאדם אלא בשמו כדי שתהא יראתו בלב הכל *hæc (quæ de honorandis sapientibus præmiserat) accipienda sunt de tempore, quando rex domi suæ unà cum aulicis solus desidet, tunc eruditos comiter affari debet: at quando in publicum prodiit, coram toto populo id minimè decet. tunc igitur nemini assurgat, neminem alloquatur teneriusculè, neminem appellet aliter quàm nomine suo; ut venerationem retineat in cordibus universorum.* Nimia humanitas contemnitur, contemptus autem odio pejor est. qua in re turpiter honorem suum prostituit Imp. Vitellius, *totâ viâ Caligatorum quos militum obvios exosculans, per tabula & diversoria mulionibus ac viatoribus præter modum comis: ut manè singulos jamnè jentassent sciscitaretur. seq. hoc fecisse ructu quoq. ostenderet.* Sueton. c. 7.

Sunt & alia quæ ad regis honorem pertinuisse ajunt; Profectiones illius, & Luctum, & Suppellectilem concernentia. Si quâ proficiscebatur, potuisse viam sibi etiam per invia sternere, ac macerimque fortè obsisteret; nemine prohibente pro commodiori transitu diruere. R. Mos. Mikoz. pr. aff. 114. פורץ גדר לעשות לו דרך ואין ממחין בידו דרך המלך אין לו שיעור *perrumpit sepem ut paret sibi viam, nec quisquam impedit manum ejus: via enim regia non admittit æstimationem* Si quis ei moriebatur, disputant Rabini, an funus comitari egresso licuerit? Ben Maymon negat c. 2. v. 4. מת לו מת אינו יוצא כשפתח פלטירין שלו וכשמבחין אותו כל העם מסובין על הארץ והוא מיסב על הדרגש *aliquo suorum defuncto, non exit portam palatii. quando illum efferunt, omnis populus recumbit in terram, ipse verò reclinatur ad culcitram.* Mikozi verò arbitrarium esse putat, exemplo rem confirmans d. l. ר' יהודה אומר אם רצה לצאת אחר המטה יוצא שכן מצינו בדוד מלך ישראל שיצא אחר מטתו של אבנר שנ' והמלך דוד הולך אחר המטה אמרו לו לא היה הדבר אלא לפיים העם ונתפייסו שהרי דוד היה יוצא מבין האנשים לנשים ומבין נשים לאנשים עד שידעו כל העם כי לא היתה מאת המלך להמית את אבנר: *R. Iehuda inquit, si vult exire post feretrum, licet. sic enim invenimus factum à Davide, quod egressus sit post capulum Abneri* (2. *Sam.* 3. 31.) *sunt tamen qui hoc fecisse dicunt, ut se populo purgaret atq. vehementius persuaderet, Abnero se mortis causam non fuisse: ideò inter viros & mulieres palàm discurritasse.* (*vers.* 37.) Aliàs de Pontifice constat, eum nè quidè ob consanguinei obitum pollui debuisse. Lev. 21. 2. Ipsa tandem regia suppellex, ob majestatem utentis, privilegio singulari donata & universis interdicta fuit. cujus mentione non tantùm generis omnis vasa & inanimata vitæ instrumenta intelligunt, sed & ani-

,malia. Imò servos ac ancillas aulæ, adeoq; res omnes quarũ usus Augusto serviebat immediatè: ut corona, sceptrũ, thronus, equi, mulæ ministri, &c. hisce nemo privatus utebatur; illa verò partim cremabãtur, nè cujusquã abusui post fata regis cederent. H. Melach. init. c. 2. itẽ R. Bachai parſ. ſchoph. אין רוכבין על סוסו ואין ישבין על כסאו ואין משתמשין בשרביטו ולא בכתרו ולא באחד מכל כלי תשמישו וכשהוא מת כולן נשרפין לפניו וכן ולא ישתמש בעבדיו ובפחותיו ושמשיו אלא מלך אחר *non ineq; quiã ejus caballo: non insidẽt ſolio: non utũtur ſceptro: non attingunt coronã. ſumma, nemo uſurpat quicquã ut enſilii illius: ideò cum moritur, cõburuntur iſta omnia coram ipſo.* ut infra latius dicetur Theor XIX.) *Abſtinẽt ſervi eius & ancillis & miniſtris, omnes præter aliũ regẽ ſucceſſorem.* Invenio tamen in Talmud exceptionem neceſſitatis; quæ ut aliàs, ita hic quoq; lege caret. Per. Chelek. p. 95. a med. Cum Rex David in magno vitæ periculo verſaretur, captus ab immani gigante Jiſchbi Nobenſi fratre Goliath, cujus ſcriptura meminit 2. Sam. 21. 16. & capitaneus Abiſai filius Zerujæ hoc ex oſtentis quibuſdam (ut Rabini quidem narrant) reſciſceret, ſubitam ipſi opem laturus acceleravit curſum ſuum equo regio; impetratâ tamen antè à ſapientibus facti hujus licentiâ תנן אין רוכבין על סוסו בשעת הסכנה מאי אתא שאיל ביה מרשא אמרו ליה בשעת הסכנה שפיר דמי רכביה לפרדיה וקם ואזל קפצה ליה ארעא. *nefas quidem eſt vehi equo regio: at quidnam juris in caſu neceſſitatis: abiens ille rogavit Doctores, qui reſponderunt licere tunc uti. equitavit ergò mulâ ejus, ut terra ſibi obviaret, h. e* optica deceptione propter celeritatem occurrere videretur, ſicut & Virgilius loquitur: provehimur portu, montes urbeſque recedunt. non verò miraculosè aut locali motu obviaret ut recentiores Judæi mortalium ſtupidiſſimi accipiunt: qui de eodem gigante ſuo more fabulantur ibidem projeciſſe Davidem inſtar periculi nuloque negotio in altum, & ſuppoſuiſſe haſtam ut in eam recidens configeretur. quid eſt Hyperbola, ſi hæc non eſt?

Theor. XIV.

Habebat enim (certâ moderatione) Ius vitæ & necis illorum.

PRimarium regis officium erga ſubditos erat adminiſtratio Juſtitiæ, quam omnibus æqualiter & incorruptè debuit impertiri. Hal.

Hal. Mel. sub fin. c. 4. בכל יהיו מעשיו לשם שמים ותהיה מנחתו ומחשבתו להרים דת האמת ולמלאת העולם צדק ולשבור זרוע הרשעים והלחם מלחמות ה׳ אשר מסליכין מלך תחלה אלא לעשות משפט ומלחמות שכ׳ ושפטנו מלכנו ויצא לפנינו ונלחם את מלחמותינו: *in universum dirigantur opera eius ad honorem Dei. & sit omnis intentio, desiderium atque cogitatio eius exaltare legem veram, & replere mundum Iustitiâ, confringere brachium improborum, & præliari præliа Domini. Neque enim ab initio regem alio fine constituebant, nisi ut administraret Iustitiam & bella, sicut dicitur (1. Sam. 8.20.) Iudicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, gerendo nostra bella. Hoc enim ni faciat, non est verè Rex.* Pulchrum & repeti dignum est quod Augustinus l. 4. Civ. D. c. 4. de justitia regnorũ disserit; *remotâ eanim aliud fore quã magna latrocinia: & cõtrà, latrocinia esse quasi parva regna, ubi manipulus hominũ pacto societatis ustrictus, certa lege prædã dividat; & si hominũ accessionibus erescat ut civitates occupet, jam regni nomen obtinere.* Adducit etiam illud piratæ cujusdam ad Alexandrum: *ego qui exili navigio id facio, latro vocor; tu quia idem classe magnâ facis Rex audis.* Vt verò Iustitiæ administratio felicius procederet, constituti sunt olim apud Hebræos certi quidam Censores vel Visitatores SCHOTERIM dicti, qui cum fustibus & flagris per plateas urbis circumibant, ut mensuras & pondera examinarent, mores publicos observarent, & si quid pravum offendissent, magistratui denunciarent, Hal. Sanhedrin ab init cap. 1. מצות עשה של תורה למנות שופטים ושוטרים בכל מדינה וכל פלך שנ׳ שופטים ושוטרים תתן לך בכל שעריך: שופטים אלו הדיינים הקבועים בבית דין ובעלי דינין באים לפניהם: שוטרים אלו בעלי מקל ורצועה הם עומדין לפני הדיינים הסנהדרין בשוקים וברחובות ועל החנויות לתקן העזרים והמדות ולהכות כל מעוות וכל מעשיהם על פי הדיינים וכל שיראו בן עונש דבר מביאין אותו לבד ודנין אותו כפי רשעו: *Iussum legis est constituere Iudices atq; Censores, in omnibus Provinciis & Regionibus, sicut dicitur (Deut. 16.18.) Iudices & Schoterim ponas tibi in omnibus portis tuis. Per Iudices intelligit eos magistratus ordinatos in Synedrio, coram quibus litigant partes: per Schoterim verò illos qui cum baculo & loro assistunt Iudicibus, & circumeunt in foro, plateis atq; tabernis ut rectificent portas & mensuras, atque percutiant iniquos ex ore Iudicum. In quocunque autem ipsi cernunt pravitatem, eum adducunt Synedrio, ut judicetur pro merito malitiæ suæ.* Quemadmodum & in Turcia custodes Vrbium cum fustibus obambulant, ut ijs mulctent, si quos in propatulo rixantes offendunt, aut quovis clamore publicam quietem turbantes. Talis olim Ierosolymis in diebus Vziæ fuit Maasias; simul capitaneus magni exercitus. 2. Par. 26. 11. & commendat scriptura formicam, quod

hoc minimum animal officium sponte faciat, quamvis talem Scheter sive ἰμβϑῦχον vel ἐγγοδωκίην non habeat prov. 6.7. Huc pertinet quod Rabini de Salomonis eburneo & inaurato tribunali referunt, *in Zenorenna P. Schophet.* constitisse sex gradibus (etiam scripturâ testante 1. Reg. 10.19. ad quorum singulos Rex justitiæ admonitus fuerit cum primâ ascenderet, acclamatum fuisse לא תטה משפט *Iudicium non inclinato*: ad secundum לא תכיר פנים *Personam non recipito*: ad tertium לא תקח שוחד *Munus non accipito*: ad quartum לא תטע לך אשרה *noli plantare lucum*: ad quintum לא תקים לך מצבה *noli erigere statuam*: ad supremum לא תזבח שור *ne mactato bovem*. Quod non absimile est illi, qui per caduceatorem suum quotidie hac formulâ, μέμνησο ἄνθρωπε ὅτι, Mortalitatis suæ admoneri voluit. ô felicem populum cui sic Lex & Rex simul imperant! felicioremque quoque si quod imperant executioni datur: nec sunt Campana, quod dicitur sine pistillo: felicissimum verò si in hoc statu perennant, nec cum succedit novus rex, nova Lex juxtà proverbium introducitur: à qua tantoperè abhorruerunt olim Locrenses, ut novationis authorem funè circa collum aptato, rationem dicere jussérint: ut si mutandi utilitatem non evidenter persuaserit, attracto loqueo statim suffocari possit.

Quamvis igitur Rex hebræus dicto modo, statutis & legibus Mosaicis tenebatur, hoc tamen non impedivit, quo minus pro renatâ potuerit de plano procedere, & si casus ita poscéret, pœnas aut mitigare, aut crescentibus delictis exasperare; sicque suum jus vitæ & necis, citra vim justitiæ, circumstantijs attemperare. Maym. H. Mel. fine cap. 3. יש למלך רשות לתקן העולם כפי מה שהשעה צריכה: *potestatem habet Rex ordinandi mundum juxta id quod præsens hora postulat.* Deducamus rem verbi gratia per aliquot exempla. Deut. 21.23. prohibitum erat relinquere cadaver suspensi per noctem in patibulo: additis rationibus binis, primò quia suspensus Deo execrabilis sit, secundò nè terra hoc spectaculo contaminetur quorum illud R. Salarchi post Vzielidem de imagine Dei accipit, ei contumeliosum fore si quis ita pendens relinquatur; perinde ut mundano Domino non sit honorificum, si vel effigies sua, vel alius facie sibi similis suspendatur: hoc verò R. Abezra in honorem terræ sanctæ sanciturum putat: אומנו לכבוד המת רק הנה נבעתי יראה כי משפט לא תלין לכבוד הארץ נתנו שורש וישראלים כי משפט הקרלים *historia Gibeō (Ios. 10.26.) arguit quod statutū de nō pernoctando nentiquam in honorem strangulati conditum sit, sed in honorem terræ potius. & ut jura præputiatorum ab Israëliticis different.* Itaque sepulti fuerunt regulariter eadem die antesolis occubitum, non modo ipsi facinorosi, sed etiam unà cùm illis

omnia supplicij hujus instrumenta. Hal. Sanhedr. cap. 15. med. מצות עשה להתלות את המגדף ועובר עע"ז ואין האשה נתלית: כיצד אחר שסולקן אותן משקעין את הקורה בארץ ועץ יוצא ממנה ומקיפין שתי ידיו זו לזו ותולהו מפנד לשקיעת החמה ומתירין אותו מיד ואם לן עוברין עליו בלא תעשה ומעות לקבור את כל הרוגי בית דין ביום ההריגה ולא הם בלבד אלא כל המלין את מתו עובר עליו הלינו לכבודו להביא לו ארון ותכריכים אינו עובר: אין תולין על אילן המתובר לקרקע אלא על התלוש כדי שלא יהא מחוסה קציצה שהעץ שנתלה עליו נקבר עמו שלא יהא לו זכרון רע ויאמרו זה העץ שנתלה עליו פלוני וכן האבן שנסקל בה והסייף שהרג בו הנהרג והסודרין שחונקין בהן הכל נקברין בתשיעית הנהרג אבל לא בקבר עצמו *jubi sumus suspendere blasphemos & indololatres; non tamen faminas. Quomodo postquam lapidati erant, infigebatur terræ palus, unde transversa trabs exibat, & colligatis manibus attracti suspendebantur prope solis occasum, moxque rursus demittebantur, quia nefas est relinquere per noctem. Sepeliuntur autem omnes supplicio affecti, ipsa die supplicii sui: nec ipsi solum tàm citò; sed & in genere omnis quicunq; mortuum suum sepelire procrastinat, peccat, nisi faciat hoc propter apparatum feretri & involucrorum, in honorem defuncti Nemo suspenditur ad arborem solo innatam, sed ad avulsam, nè fortè parcatur amputationi eius: quia lignum unà cum suspenso sepeliendum est, nè relinquat turpem in mundo memoriam, aut dicatur, ecce de hoc ligno quondam pendebat iste vel ille! Sic & lapis quo aliquis obrutus, gladius quo decapitatus, mappâ quâ suffocatus: omnia hæc sepeliuntur: in carcere tamen occisi, non in ipso sepulchro.* Nihilominus dicunt licuisse Regi, contra expressam hanc legem, aliquando diutius in patibulo relinquere, quorum exemplis terrendus erat populus. & ab Invalescente scelere arcendus. Maym. H. Mel. eod. fin. c. 5. ex Talm. Ierusch. almi תולה ומניחן תלויין יום רבים להטיל איסה ולשבר רשעי העולם *suspendit & relinquit suspensos diebus multis, ut incutiat terrorem & frangat malitiam improborum in seculo.* Aliud exemplum. Mos erat nè duo facinorosi simul unâ die punirentur; nisi fortè in communi delicto simile supplicium essent meriti. Sanh. c. 14. post med. אין דנין שנים ביום אחד אלא דנין זה היום והשני למחר היו שניהם בעבירה אחת ומיתה אחת כגון נואף עם נואפת דנין שניהם ביום אחד ואכל אם היה תנואף בועל בת כהן הואיל והוא בחנק והיא בשריפה אין הורגין שניהן ביום אחד *nunquam condemnant plures unâ die, sed unum hodie alterum cras: nisi ambo rei sint eiusdē transgressionis, & meruerint unā mortem v.g. adulterum cum adultera judicant simul. At si quis adulter vitiârit filiā sacerdotis, quoniā ille suffocationē hoc verò cōbustionē meretur, sumūt supplicia diebus diversis.* quod igitur unà cū innocēte Christo salvatore, latrones duos crucifixerunt Mar. 15. 27. fecisse putandū est aut quia ὁ αὐτὸς κρίμα fuerūt habiti Luc 23. 40. (quod mihi verisimilius videtur)

quiâ pridem cum potestate Synedrii hæc quoq; consuetudo fuit sublata. eod. cap. circ. fin. אדבעים שנה קודם חרבן בית שני בטלו דיני נפשות מישראל אף על פי שהיה הסנהדרין קיים מפני שלו הסנהדרין ולא היו שם במקומן בלשכת הגזית ולו מפני שלו מקום למקום ולעשרה מקומות ולו ומקומן לשבריא ומשם לא עמד בר גדול עד עתה וקבלה היא שבשבריא עתידין לחזור תחלה ומשם נעתקין למקדש: *quadraginta annis ante excidium templi posteriùs ablata sunt judicia capitalia de Israël; quamvis sanctuarium adhuc duraret, quia Synedriales exulabant, nec amplius in loco suo congregabantur. Posteaquam imminuta fuit potestas, vagati sunt de loco in locum, & decies mutarunt sedes, quarum ultima fuit Tyberia, ultra quam hactenus non habuerunt aliam. Sed Vaticinium extat in Kabatâ quod (in diu sperata recollectione) primùm conventuri sint Tyberiade, postea inde ad sanctuarium (tunc extruendum) transferendi.* Hîc iterum licuit regi aliquid contra consuetudinem facere, & in terrorem rebellium plures unâ die simul condemnare. clauſ. c. 3. Mel. מלך הרג רבים ביום אחד *rex occidit multos eadem die.* Aliud. Ordinariè nemo judicabat unicus, nec ex ore unius testis, sed audiebat vota plurium collegarum, & damnabat reum binis (ut minimum) attestantibus. Maym. Hal. Sanhed. c. 2. §. 15. מצות חכמים הוא שמושיב עמו אחרים שהרי אסרו אל תהי דן יחידי שאין דן יחיד אלא אחד *præceptio sapientum est, ut assumat sibi alios dicunt enim: noli judicare solus, quia unus est (nempe Deus in cœlo) qui judicat solus (sine assessoribus)* nec etiam admittebant propriæ turpitudinis allegationem pro testimonio, nè quis fortè phreneticus innocenti sibi noceret. ead. Hal. fin. c. 18. אין מתיתין ולא מלקין המוזה בעבירה שמא נפטרה דעתו ברבר זה שמא מן העלמין מרי נפש הוא המחכים למות שתקעין החרבות בנפשם ומשליכין עצמן מעל הגגות שמא כך זה יבא ואסר דבר שלא עשה כדי שיהרגו *non interficiunt, imò nè verberant quidem eum, qui ultrò confitetur transgressionem; nè fortè abrepti sint sensus eius, aut melancholicus quispiam calidè occasiones moriendi excogitet: quemadmodum aliqui gladios sibi adigunt inventrem, vel præcipitant semetipsos de tectis; sic iste talis de sementitus, captet fortè ansam pereundi.* Rex tamen & hîc iterum singulari prærogativâ majestatis, de plano procedere, sine collegis judicare, uno teste, imò propriâ confessione reum, damnare potuit. Ibid. §. præced. גזירת וכתהב היא שאין ממיתין בד ולא מלקין את האדם בהוראת פין אלא על פי שנים עדים: וזה שהרג יהושע עכן ודוד לגר, עפלקי בהוראת פיהם הוראת שעה היתה או דין מלכות היה: *scriptura decernit ne judices quempiam damnent suâmet & significatione, sed ex ore duorum testium. Achan ergò quem Iosua (c. 7. v. 21.) & proselytus Amalekita (2. Sam. c. 1. 10.) quem David ex proprii oris indicatione interfecerunt extra-*

extraordinaria sunt exempla, & processus Regii. Hal. Melachim fin c. 3. כל ההורגין נפשות שלא בראיה ברורה או בלא התראה אפילו בעד אחד או שונא שהרג בשגגה יש למלך רשות להרגו *homicidas etiam sine demonstratione manifestâ, vel desertatione praviâ, imò teste unico; & quamvis insidiator per errorem interfecerit, vicissim interficiendi Rex potestatem habet.* Aliud Regulariter nemo judicabat in propriâ causa: vel si quis juris sui fiduciâ præsertim quando periculum è morâ metuitur, ipse sibi suũ ab adversario vendicaret. tenebatur tamẽ id postea corã judicio comprobare legitima lite cum illo experiri & aliorũ sententias expectare. H. Sanh. c. 2. § 16. יש לאדם לעשות דין לעצמו אם יש בידו כח הואיל וכדת ההלכה הוא עושה אינו חייב לטרוח ולבא לבית דין אף על פי שלא היה שם הפסד בנכסיו אילו נתאחר ובא לבית דין למיכך אם קבל עליו בעל דינו והביאו לבית דין ודרשו ומצאו שעשה כהלכה ודין אמת דן לעצמו אין סותרין את דינו *potest aliquis sibi ipsi jus administrare, si vires habeat modò juxta æquitatem & constitutiones id faciat, non opus habet fatigari & statim ad judices currere, quamvis nulla sit pecuniæ jactura, differtamen, & postea demum assumpto secum reo vadit ad Synedrium. ibi judices inquirunt in factum, & si deprehenderint feciſſe juste, non rescindunt.* Rex vero etiam in causâ proprium honorem concernente, jus sibi dicere potuit, & contemptores suæ majestatis vel contumaces punire: Hal. Mel. 3. 11. כל המורד במלך ישראל יש למלך רשות להרגו אפילו נגר על אחר משאר העם שילך למקום פלוני ולא הלך או שלא יצא מביתו ויצא חייב מיתה ואם רצה להרגו יהרג שנ׳ כל איש אשר ימרה את פיך וגו׳ זכן כל המבזה את המלך או המחפרו יש למלך רשות להרגו כשמעיבן גרא *quicunq; rebellat contra regem Israël, in eum rex potestatem habet interficiendi, etiamsi (leve præceptum fuerit. v g.) mandaverit cuidam è plebe ut abiret in locum hunc vel illum, is verò non abiverit; aut prohibuerit nè domo egrederetur, ú verò egressus fuerit: Hi mortũ rei sunt ut si modo rex velit (nec clementiam juri suo præferre malit.) eos occidere possit. sicut dicitur (Ios. 1. 18.) quicunque rebellaverit ori tuo, nec obedierit cunctis jussionibus tuis, interficiatur. Sic etiam qui contemnit regem aut pudefecit eum; exemplo Simei filii Gera (2. Sam 16. 6. & 1. Reg. 2. 42.)* Summa, si quis nil aliud deliquisset, poterat eum solâ contumaciæ culpâ punire, atque crescentis inobedientiæ pœnas, in terrorem aliorum exasperare: quod tantum de regis iure dictum, neutiquam factis Tyrannorum patrocinatur; sed inculcatur simul anxiè nè hac potestate abusi, sanguinem humanum temerè fundant. Quod Maymonides præclarè, ut omnia, complexus est in exam: testium H. Sanh. c. 12. § 3. hisce verbis: יהוו יודעים שלא כדיני ממונות דיני נפשות דיני ממונות אדם נותן ממונו ומתכפר לו דיני נפשות דמו תלוי

תלויין בו עד סוף כל העולם שהרי בקין נאמר קול דמי אחיך צועקים דמו ודם זרעו נגרע אדם יחידי בעולם וכל הסאבד נפש אחת מעולם מעלה עליו כאילו אבד עולם מלא הרי כל באי עולם בצורת אדם הראשון הם נבראים ואין פני כל אחד מהם דומין לפני חברו שמא תאמרו מה לנו ולצרה זו לחוב

brosi scitote quòd mulctæ pecuniariæ à capitalibus judiciis multum differãt. ibi homo expendit tantùm facultates suas ut absolvatur, hîc verò cruorem suum, à quo tota ipsius posteritas dependet, usque ad finem seculi. ea propter dicitur in historiâ Caini (gen 4.10 plurali numero) Sanguines fratris tui clamant, hoc est cum ipsius sanguine sanguis quoq; filiorum eius (quorum generationes hoc homicidio intercepisti.) Initio creavit DEUS (non totos populos simul, sed) unicum hominem in mundo, qui ergo unum vitâ privat, ei reputatur ac si totam gentem interimisset (quippe qua inde potuisset enasci.) Ecce quorquot in hunc mundũ procreamur, habemus cum Adamo primo communem formam omnes, licet vultibus infinitis modis differamus, fit hoc, nè quis fortè dicat: quid mihi cum alio & afflictione illius? quid ad me sanguis eius? (cuius tamen inter omnes homines tanta est communio.)

Itaque non opinor probatum iri factum Principis Synedrij, qui tantùm ut exemplum statueret, plurimas mulieres unâ die sine legitimo processu damnavit. de quo idem Maym. cap. 24. §. 9.

יש לבית דין להלקות מי שאינו מתחייב סקילות ולהרוג מי שאינו מתחייב מיתה ולא לעבור על דברי תורה אלא לעשות סייג לתורה וכיון שדואגים בית דין שמרצו העם בדבר יש להם לגדור ולחזק הדבר כפי מה שיראה להם הכל הוראת שעה לא שיקבע הלכה לדורות: מעשה והלקו אדם שבעל אשתו תחת אילן ומעשה באחד שרכב על הסוס בשבת בימי יוונים והביאוהו לבר וסקלוהו: ומעשה ותלה שמעון בן שטח שמנים נשים ביום אחד באשקלון ולא היו שם כל דרכי הדרישות והחקירה וההתראה ולא בעדות ברורה אלא הוראת שעה:

licet judicibus verberare qui non meritus est verbera, & occidere qui mortis non reus est. nequaquam ut (pro lubitu) transgrediantur legem. sed ut faciant SEPEM legis (h. e. resecentibus delictis pœnas exasperent) si videant invalescere plebem in quodam (delicto) possunt sepire & cohercere prout videbitur: sed omnia tantùm ad tempus, non ut consuetudo fiat in præjudicium. Exemplum verberatus uxor virum qui jungebatur uxori sub arbore. Aliud. eum qui Sabbatho equitabat in luto lapidarunt. Aliud. Simeon filius Schetach suspendit octoginta fœminas unâ die in Askalon, quamvis non præcesserat plenaria inquisitio nec omnes solennitates judiciorum. sed id temporarium erat.

Revertor ad Regem, cuius potestas non absoluta erat, sed variè limitata: unde hoc jus vitæ & necis certâ tantùm *moderatione* habuisse supra in Theoremate diximus Præterquam enim quòd graviora cum Synedrio cõmunicare debuit (ut infr. Theor. XVI sequetur) etiam hîc non quovis genere mortis punire potuit, sed solo

gladio delinquentes plectere. Maym. H. Melach. cap. 5. §. 12. אין למלך
רשות להרוג אלא בסייף בלבד וישׁ לו לאסור ולהכות בשוטים לכבוד אבל
לא יפקיר ממון ואם הפקיר הרי זה גזל: *interficiendi potestatem Rex non habet nisi gladio tantùm: licet tamen ei ligare & percutere scutica, ob honorem suum: at neminis opes publicare, nam si publicaret, audiret Rapior.* & Hal. Sanh. c. 15. §. penult. nominantur ambo facinora, ob quæ sola quis capite plectebatur: הנהרגים שנים הרוצח והנוחרג *occidendi (scil. gladio) bini sunt; homicida, & (urbs.) excommunicata.* Aliàs præter hanc decollationem quæ regum propria erat, ibid. §. 6. Synedrium habebat tria suppliciorum genera, Strangulationem, Combustionem, atque Lapidationem; quæ hic obiter recensebo ex eod. cap. quoniã paradoxa sunt & multò aliter comparata quàm vulgò putatur. Strãgulandi olim non suspendebantur, ut nobiscum fures de patibulo, (nisi quis simul Blasphemus aut Idololatra extitisset, quo casu post aliud supplicium modò in sublime attractus fuit.) sed fimeto ad genua usq; insistentes, mappâ suffocabantur §. 7. מצות הנחנקין משקעין
את המחויב בגבל עד ארכו בתין ונותנין סודר קשה לתוך הרך וכורכין על
צווארו ושני עידיו זה סושך אצלו וזה סושך אצלו עד שתצא נפשו: *Ritus strãgulandi. immergebant reum stercori usq; ad poplites suos, & indebant sudarium durius medio reneriorib. atque circumvolvebant collo eius; tunc attrahebant id ambo testes quilibet ad se, donec extluderent animam.* Cõburendi non in succenso rogo cremabantur, ut veneficæ nobiscum, sed li quefacto metallo in os infuso necabantur, etiam in fœtidâ palude §. 5. מצות הנשרפין היו משקעין אותו בגבל עד ארכובות יוובותיו
סודר קשה לתוך הרך ופורך על צווארו ושני עידיו זה סושך אצלו וזה סושך
אצלו עד שהוא פותח את פיו ומתיכין את הבדיל ואת העופרת וכיוצא בהן
והוא יורק לתוך פיו והיא יורדת ושורפת את בני מעיו: *Ritus comburendi. fimo immersum ad genua usq; trahebant hinc inde mappã circa collum convoluta, donec os aperiret. mox liquefactum stannum vel plumbum, infundebant hianti, ut descendens intestina concremaret.* Lapidandi non multis aut minutis ictibus petiti. sed de ferali colle præcipitati & uno grandi saxo fuerunt obruti: nisi fortè hoc ad mortẽ nõ suffecerit
§ 1. מצות הנסקלין דחוק מבית הסקילה ארבע אמות ספשטין את המחויב
סקילה כורדו ומכסין עיוותי סלפניו ואין האשה נסקלת ערוסה אלא בחלוק אחד
ובית הסקילה גבוה שתי קומות עולה לשם הוא ועדיו ידיו אסורות ואחד מן
העדים דוחפו על מתניו מאחוריו והוא כהפך ונופל על לבו לארץ אם מת יצא
שהרי נאמר סוקל יסקל או ידה יידה הנה השוה הנסקל שנפל את האבן עליו
אם הנדחף שנפל הוא בעצמו על הארץ ואם לא מת מדחיפה זו מניהין העדים
אבן שהיתה מתהת שם משא שני בני אדם והעד השני מרפה את
ידו ומשליך האבן על לבו אם מת בו יצא ואם לאו רגמתו בכל ישראל שנ'
יד העדים תהיה בו בראשונה להמיתו ויד כל העם באחרונה: *Quomodo lapidabãt*

quatuor ulnis ante locum supplicii exuebant damnato vestes, tegebantque turpitudinem eius ab anteriori parte, at mulierem lapidandam non denudabant nisi parte modicâ. porro supplicii locus altus erat staturas hominū binas, illuc ascendebat ipse unâ cum suis testibus, habens manus (antrorsum) ligatas. unus testium impellebat ipsum circa lumbos, retro, ut conversus decideret ad terram super cor suum: si inde moreretur, peractum erat, quia dicitur (Exod. 19, v. 13) lapidando lapidabitur, aut projiciendo praecipitabitur. en! aquipparatur lapidatus quem saxum oppressit, praecipitato qui seipsum terra allisit. Tandem etiam pietatis ratione sic limitata fuit Regum potestas, ut subditi obedire non nisi ad aras usque tenerentur: hoc est, si quid contra legem aut conscientiam jussi essent ad parendum non obligarentur. quod pulchrè congruit cum illo Petri, Act. 5. 29. DEO magis obtemperandum esse quàm hominibus: & Rabini etiam latius, ad res minoris momenti extendunt. H. Mel. c. 3 §. 13. המבטל גזירת המלך בשביל שנתעסק במצות אפילו במצוה קלה הרי פשוט דברי הרב ודברי העבד דברי הרב קודמין ואין צריך לומר אם גזר המלך לבטל מצוה שאין שומעין לו וזה *Qui negligit decretum regis propterea quod occupatur in lege, quam vis praeceptum vile sit; ecce ii immunis est! ubi enim jussa Domini & servi concurrunt, oportet illa prius exequi. Dicere nil opus est, si quid contra legem decerneret: tunc enim prorsus non pareretur.* Memorabile hujus rei exemplum contigit sub Johanne Hyrkano f. Simeonis, Pontifice simul & Rege, qui odio Pharisæorum factus erat Sadducæus, & Judæos ad eandem sectam cogere nitebatur: sed ipsi mille mortes oppetere malebant, quàm à suorū traditionibus vel hilum discedere. Joseph. l. 13. antiq. c. 18. & inde abbreviator Josippus mihi p. 45. צוה המלך ויעכירו קול בכל מדינות מלכותו לנהוג מנהג צדוק וביתום וכל איש אשר יסרה את פיהם יומת בחרב והוא יהונן כהן גדול ששמש בכהונה גדולה ס׳ שנה ולבסוף נעשה צדוקי אבל לא שמעו ישראל מצות והמלך והיו נוהגים סנ׳ הג׳ החכמים בסתר והמלך מבקש עליהם וכל מי שנגלה הורג אותו והפיל עם רב מישראל: *praeceperat rex & promulgaverat publicâ voce per omnes provincias regni sui, ut reciperēt dogma Zadok & Baithos (haresiarcharum, qui ex malè intellecto apophthegmate praeceptoris sui Antigoni Sochaei abnegarunt praemia pietatis; & consequenter providentiam DEI animae immortalitatem, angelos, aeternam, vitam addens commination em mortis, si quis obsequi recusaret. Hoc, jussit Iohannes ille qui summum sacerdotium per annos 40. obtinens, sub finem aetatis factus erat Sadducaeus. At illi non obedientes regi perseverabant in placitis sapientum, occulte tamen. Rex igitur inquisitione habitâ quoscunque rescivit occidit, & sic strayit grandem populum de Israēl* R. David Ganas in suo Zœmach. nominat. imprudentem quendam virū, qui totum

qui totum hoc causatus fuerit, & suis intempestivis exprobrationibus regem, inter convivandum irritârit; dignam suo Zelo mercedẽ consecutus. part. 1. fol. 32. b. המלך החריב את מקדש הצדוקים והכותים שעשו בהר גרזים. ברשיון אלכסנדר מוקדון וכשוטו בשלום עשה משתה לחכמים והיה ביניהם כסיל ושוטה שמו אליעזר בן פיעורא הוא אומר למלך די לך כתר מלכות כי כתר כהונה לזרעו של אהרן והיו לוחשין שהמלך היה חלל שאמו היתה נשבית. בהר המוריעזד ויקנוף המלך מאוד ויהרוג מהפירושים עם רב ואת הכסיל אליעזר שרף באש *Rex demolitus erat fanum Sadducæorum & Samaritanorum, quod permissu Alexandri Macedonis extruxerant in monte Govizim. Reversus ergò cum pace fecerat convivium sapientibus; inter quos unus aderat insipiens, cuius nomen Eliezer filius Peora, is dicebat regi: sufficiat tibi corona regni. nam corona Pontificatus debetur semini Aaron. Murmurabant quoq; regem esse illegitimum, quippe cujus mater olim capta fuerit in monte Modiit. Accensus igitur irâ interfecit Pharisæorum plurimos, & insipientem Eleazarum flammis combussit.*

Theor. XV.

Cui etiam decimas, vectigal & tributa debebant

REGI decimas quoque deberi, Maymonides expressè tradit, & scripturis probare videtur, H. Melach. cap. 4. §. 8. יש לו מעשר מן הורעים ומן האילנות ומן הבהמות שנ' וזרעכם וכרמכם יעשר ואת צאנכם יעשר: *habet ille decimas frugum, arborum & jumentorum, sicut dicitur,* (1. *Sam.* 8. *vers.* 15.) *sementem vestram & vineas vestras addecimabit (item vers.* 17.) *pecus vestrum addecimabit.* verùm ego non video, an vel quomodo id præstitum fuerit? nam certum est decimas ex instituto divino fuisse personarum sacrarum, nõ verò politicarum, proprias. Num. 18. v. 20. & seqq. *Dixit Dominus ad Aharon, in terrâ eorũ nil hæreditabis, nec ullam partẽ possidebis: ego enim sum portio tua. & ecce dedi filiis Levi universas decimas Israelis in hæreditatem, pro ministerio suo. &c.* quod etiam Deut. 18. 2. & alibi passim repetitur. unde Iosua in distributione terræ Canaan c. 13 v. 14. & ult. nullâ eis portionẽ assignavit. Quin & ipse Maymonides, in tribus Halachis תרומות מעשר ומעשר שני quas de negotio Decimarũ prolixè ac diligẽtissimè perscripsit, nil amplius, quod sciam regis meminit: sed ita se res habebat, ut breviter & obiter inde recensebo. Ex omnibus terræ proventibus, qui ad

humanæ vitæ sustentationem pertinebant, jussi sunt in sacros usu aliquid segregare: scilicet è frumento, tritico, avenâ, hordeo, leguminibus, oleo, musto, ficubus, malogranatis: adoque de zizaniis quibusdam. H. Trumos. c. 2. post init. הכרשינין אף על פי שאינם מאכל אדם הואיל ואוכלין אותן בשני רעבון חייבין בתרומה ומעשרות דהאזוב והקרנית שורעין מתכלין לאדם חייבין במעשר *vicia* (wicthen *semilatinum*) *quamvis non sint humana nutrimenta, quia tamen famis tempore comeduntur, etiam addecimari debent. sic & Hyssopus atq; origanum, quorum semina sunt homini condimenta, decimantur.* quod lucem fœneratur loco Matth. 23. v. 23. ubi etiam hortensia, ut anethum, mentha & cuminum à Pharisæis addecimata leguntur; quod Christus non simpliciter improbavit, sed præposterum studium, in re minuta reprehendit, quomodo judicium, misericordia & fides multò graviora securè interim negligebantur: quorum hæc facere quidem, illa verò non intermittere debebant. Ex omnibus istis & animalium quoque fœturâ, non tantùm decimas, sed si rectè supputemus omninò quintas partes pendebant; sicut demonstrabo. Nam primò primitias offerebant sacerdotibus; quæ pars erant ferè quinquagesima. Ead. Hal. init. c. 3. תרומה גדולה אין לה שיעור מן התורה כמה הוא שישורה שנתנו חכמים עין יפה אחד מס׳ והבינונית אחד מחמשים עין רעה אחד ששים ולא יפחות מאחד ששים: *oblatio magna (h. e. primitiarũ καθ' ἐξοχήν sic dicta) non habet præscriptam quantitatem in lege; sed mẽsura eius vel æstimatio quam ordinarunt sapientes hæc est: oculus bonus (sive liberalis.) offert unum è 40. mediocris unum è 50. malus autem oculus sive avarus) unum è 60. nec licet minus offerre sexagesimâ parte.* Deinde modò Decimas dabant Levitis pro alimoniâ ipsorum. Hal. Maaser. init. c. 1. אחר שמפרישין תרומת גדולה מפריש אחד מעשרה מן הנשאר והוא הנקרא מעשר ראשון והמעשר הזה ללויים זכרים ונקבות וסותר באכילה לישראל ובטמאה שאין בו קדושה כלל ובכל מקום אינו קדש אלא מעשר שני אף מעשר ראשון שנטלה תרומתו חולין לכל דבר לפיכך בת לוי שנשבית או שנכנעלה בעילת זנות ניתנין לה המעשר ואוכלת: וכו׳ *postquam separaverunt oblationem primitiarum, dant decimam partem de residuo, quæ vocatur prima, & cedit Levitis utrimq; sexui. hanc comedere fas est, etiamsi quis impurus sit; & omni loco, non enim sanctitas est nisi in decimis secundis. at primæ sunt profanæ, adeò ut etiam filia Levitæ scortationibus polluta eas comedere possit.* Et ex his ipsis decima, hoc est, universi proventus centesima pars, debebatur filijs Aaron. num. 18. 26. Postea de residuo segregabant alias decimas, quæ tertio quoque anno à Sabbathico, cedebant peregrinis, pauperibus, viduis atque pupillis; Deut. 14. v. 28. cæteris verò intermedijs, servabat eas quilibet sibi ipsi

bi ipsi, ad usus conviviorum sacrorum in profectionibus Ierosolymitanis; aut si procul inde habitaret, pecuniam è divenditis collectâ, & in aliud impendi prohibitam, illuc afferebat. Ibid. vers. 22. & 24. Maym H Maaf Scheni. cap. 1. אחר שמפרישין מעשר ראשון בכל שנה מפרישין מעשר שני כל תבואות ובשנה שלישית ושתית מפרישין מעשר עני תלף מעשר שני: וכו' *separatis prioribus decimis, dabant & secundas ex omni proventu, quotannis; sed anno tertio & sexto (periodi septenariæ) pauperibus. &c.* vides ex allatis, si quis verbi gratiâ 102. Logos olei expressisset; primò duos, nomine primitiarum pro sacerdotibus; mox denos. titulo decimarum primarum pro Levitis: tandem novenos de residuo, causa decimarum secundarum pro pupillis abstraxisse, sicque in universum 21. de 102. h. e. totius centuriæ quintam circiter partem alienasse. Inter quas tot erogationes nulla regis erat. nec ullius meminit Tobias, debitorum liberalissimus ille solutor; minimè omissurus si quicquam debuissent. c. 1. v. 6. in hæc verba narrans: ἀπαρχὰς καὶ τὰς δεκάτας τῶν γενημάτων, καὶ τὰς πρωτοκαρείας ἔχων, καὶ ἐδίδουν Ἀαυτὰς τοῖς ἱερεῦσι τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν πρὸς τὸ θυσιαστήριον πάντων τῶν γενημάτων. Τὴν πρώτην δεκάτην ἐδίδουν τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν τοῖς θεραπεύουσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ, τὴν δὲ δευτέραν δεκάτην ἀπεπράτιζόμην, καὶ ἐπορευόμην καὶ ἐδαπάνων αὐτὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν: Τὴν τρίτην ἐδίδουν οἷς καθήκει, καθὼς ἐνετείλατο Δεββώρα μήτηρ τοῦ πατρός μου. quæ verba quia in latino & germanico aliter leguntur sic græcè placuit exscribere: in hebræa verò Schreckenfuchsii editione multò etiam significantiora sunt. Habebant autem tunc adhuc reges suos Judæi: vixit enim Tobias minimum ses qui seculo ante captivitatem Babylonicam. Quod si diuturnitate temporis, regiæ decimæ in desuetudinem abijssent, non reticuissent hoc Rabini talium curiosissimi, quietiam minorem negligentiam Hasmonæorum tempore subortam notarunt. Hal. Maaser initio cap. 9. בימי יוחנן כהן גדול שהיה אחר שמעון הצדיק שלהו בה הגדול וברקו בכל גבול ישראל ומצאו שהכל בתרומה גדולה ומפרישין אותה אבל מעשר ראשון ומעשר שני ומעשר עני היו עמי הארץ מקילין על עצמן לפיכך גזרו שלא יהיה נאמן על המעשרות אלא אנשים נאמנים אבל עמי הארץ פירותיהן ספק ואין נאמנין לומר מעשרין הן וזהו הנקרא: דמאי: *in diebus pontificis Iohannis qui successit Simeoni, emiserat senatus magnus exploratores in omnes terminos Israël. & deprehendit, quod primitiarum oblationes quidem fideliter redderent, utrasq; verò decimas, primæ scilicet, secundam & eam quæ pauperum est imminuerent. Ideò decreverunt, nè quis posthac (solus sine teste) sufficeret ad decimationem, nisi homo notæ probitatis: at plebeiorum fructus semper dubij essent, nec ipsi-*

anet de decimatione testari possent, inde natum est quod vocant Dammai. *h. e. suspectum. &c.*

Pergo ad vectigalia. ut enim corpus absque nutrimento tabescit, ita regnum sine reditibus enervaretur, etiam nemine extraneo hoste id infestante. Inter reditus autem acie primâ loco Vectigalia, sive Portoria, quæ mercibus & illarum vectoribus, circumvectionis aut venditionis nomine, proque usu viæ publicæ imponuntur, & juxta frequentiores transitus vel pontes exiguntur. horum jura rex hebræus habuit sine controversiâ M. H. Mel. c. 4. §. 1. קיצב לו מכס ואסור להכריח מן המכס שיש לוו לגור שכל מי שינוב המכס ילקח מטוננו או יהרג שנ' יוו לך למס ועבדוך *ordinat sibi Telonia, quæ vitare vel effugere nefas est. licet enim eum qui vectigali se subducendo illud quasi frustratur, privatione bonorum vel vitâ quoq; punire; quia dicitur (Deut. 20. 11.) erunt tibi tributarij & servient tibi.* De jure nostro non soluti vectigalis pœnæ mitior est, ut subductæ merces in Commissum cadant, & fisco acquirantur. *Quod commissum est, statim definit eius esse qui crimen contraxit; dominiumq; rei vectigali adquiritur.* Ulpian. l. comm. 14. ff. de Publicanis. Monere autem nil opus est, non posse omnium promiscuè rerum vectigalia indici honestè, constat quantùm bonæ existimationis Vespasiano exhalârit cum graveolentis urinæ telonio: quamvis ille lucri odorem quemcunque bonum existimaret. ridiculum verò est Morinos Britanniæ populos olim pro platani umbrâ vectigal solvisse; quoniam arbor illa genialis ex alieno petita orbe, per mare Jonium in Diomedis insulam, ejus tumuli gratiâ primùm invecta, inde Siciliam transgressa, tandem ad has etiâ gentes tributarias fuit allata, ut Plinius excusat, not. hist. l. 12. c. 1. Et videtur ipsâ rerum natura, quorundam bonorum vectigal abhorrere; si verum est quod de Salinis in Troade refert Athenæus, exaruisse illas cum à Lysimacho vectigal imponeretur, & cum remitteretur mox affatim rursus affluxisse. Quænam publicanorum in Judæa fuerit conditio tempore Christi, sub Romanis, & quomodo per licitationem telonia conduxerint, partim ex Evangelicâ historiâ, partim è Josepho cognosces: hæc de ordinarijs reditibus.

Porrò si qua necessitas incideret, poterat rex etiam extra ordinem à subditis pecuniæ contributionem exigere. ut enim opes publicæ pacis ornamenta sunt, ita etiam subsidia belli, adeoq; nervus rerum gerendarum. Eod. init. c. 4. Mel. è Mass. Nedarim. רשות יש למלך ליתן מס על העם לצרכיו או לצורך המלחמות: *facultatem habet rex imponendi tributum populo, ad necessitatem vel suam vel militarem.* Nescio an rectè Tributa vocentur, cum non sint anniversaria: dicamus:

emus potius Collationes vel Collectas, quæ sic exiguntur; & illud vocabulum tribuamus ijs, quæ devicti hostes in recognitionem subjectionis contribuunt quotannis. Erat verò prudentiæ (nè diviti pauper æquaretur) non personis sed rebus hasce collectas indixisse, & secundum proportionem Geometricam, proque modulo possessionum eas exegisse. Nam ut aucto, vel meliorato fundo, collecta jure crescebat; sic rebus incendio, sterilitate agrorum vel alio casu imminutis, meritò & ipsa minuebatur. Nec video quàm rationabiliter aliqui olim apud Romanos, in singulas ædium suarum tegulas, certos asses dependere jussi sint; cum pauperculus aliquis vix eam domum, contra ditior alius multa insuper latifundia possidere potuerit. rectius fortè ijdem fecerunt, quando in usus Punici belli posteriores, pecuniam à civibus mutuò accipere, quàm nimiis exactionibus gravare maluerunt. Tondere pecus licet, non deglubere. nec expedit anseres sic deplumare ut pennæ nequeant recrescere. prov. 23. ult. qui nasum nimis emungit elicit. דָּם *sanguinem*, quo nomine apud Chaldæos etiam *pecunia* notatur (vide Thisb. Eliæ.) quia sanguine ac sudore pauperum paratur. Idem sapiens gnomographus cap. præced. 29. v. 4. *Rex juris sui observans stabilit regnum; at* אִישׁ תְּרוּמוֹת *vir oblationum* (*h. e. exactionum*) *destruit illud.* ad quæ verba notat Aben-Ezra יִדְעֵנוּ כִּי תְּרוּמוֹת הַנִּשְׂיא שֶׁהוּא לוֹקֵחַ מֵעַם הָאָרֶץ הֵיא שִׁשִּׁית הָאֵיפָה כְּלוֹמַר לוֹקֵחַ תְּרוּמוֹת רַבּוֹת יוֹתֵר מִן הַמִּדָּה הַיְדוּעָה יְהוֹדוּ אוֹתָהּ *constat quòd oblatio principis* (*h.e. duodecimviris sive Tribuni*) *quã accipit à plebeiis* (*contribulibus*) *sit sexta pars Ephæ* (*h. e. semissis Sati.*) *vult igitur dicere: qui ultra eam mensuram exigit plura quàm sibi debentur, potius destruit regionem.* Et ad eundem locum R. Lev. B. Gersf. הִנֵּה לֹא קָרָא זֶה הָאִישׁ מֶלֶךְ כִּי אֵין כְּמוֹהוּ רָאוּי לִהְיוֹת מֶלֶךְ *ecce talem scriptura non dignatur appellare Regem, sed simpliciter vocat Virum, quia indignus est regio titulo!* Itemque Kabvenaki אִם יִהְיֶה הַמֶּלֶךְ לוֹקֵחַ מַתָּנוֹת מִבְּנֵי אָדָם אוֹ יְרִים מַס עַל עַמּוֹ הוּא יְהַרְסוּ הָעִיר בְּמַעֲשֵׂהוּ *si rex munera extorquet ab hominibus, aut exasperat tributum populi sui, hoc ipso facto civitatem evertit*: si non simul & seipsum. neque enim novum est, ut Actæon aliquis venationi nimium intentus, à propriis canibus dilanietur. Faciessant igitur illi excoriatores hominũ, qui rem omnem cum pulvisculò, quod dicitur, evertunt; & nè prætextus vel color desit. nunc hoc nunc illud causantur; ut luscinioläe nunquam sua cantio deficit. finxit & Heliogabalus connubia Deorum ad quæ sibi dote opus esset, ut sic pecunias extorqueret. Contrà. scitum erat illud Andriensium, qui, cum Themistocles pro pecuniâ legatus dixerat, afferre se comites duos Divos Πειθὼ καὶ Βίαν

imperterritè responderunt, sibi quoque Numina totidem adesse Ἀπείραν καὶ Πανίαν.

Superest ut de maleficorum & bello subactorum opibus dicatur. nam & inde notabilis portio accedebat fisco regio. Nemini quidem vivi opes publicare nec mulctas exigere poterat, nisi Raptor audire vellet; ut Theor. superiori dictum. At justo judicio damnatorum opes sibi vendicabat. Mos. Mikoz. pr. Aff. 114. הרוגי מלכות נכסיהם למלך *occisorum à rege facultates cedunt regi.* Præsertim verò bona hostium legitimo bello devictorum, inter ipsum & duces dividebantur. prædiorum ipse sumebat non prorsus unciam, spoliorum verò semissem, sed regii thesauri totum assem. Melach. *A. 9.* המלך משיח נוטל מכל הארצות שכובשין ישראל חלק אחד מי"ג ודבר זה חק לג ולבניו עד עולם וכל המלכות שכובש הרי אוצרות המלכים למלך ושאר הבזה שבזוזין בזוין ונותנין לפניו והוא נוטל מחצה בראש ומחצית הבזה תולקין אותה כל אנשי הצבא ביחד: *rex unctus tollit de omnibus terris quas subigunt Israëlitæ, partem unam è tredecim (h. e. tantundem quàm una tribus.) hoc est jus eius & filiorum post se in seculum. Si quæ regna vincit, suppellectilem regiam (quippe quæ nulli privato congruit) ipse capit in solidum. cateras verò prædas (bonorum mobilium) quas prædantur, dividunt: ipse sumit medietatem primò, deinde reliqua medietas distribuitur inter capitaneos.* Sed de his amplius dicetur jam capite sequenti, velut in propriâ sede.

CAPVT V.

DE BELLO.

Theor. XVI.

Bella quædam jussu legis gerere tenebatur.

PALÆSTINAM antiquitus incoluerunt Cananæi, populi è Chamo Noæ filio nati. ut è genes. 9. 18. & 10. 16. apparet. Quamvis verò authores gentis ibi plures enumerentur, scriptura tamen præcipuè septem familias recensèt. Deut. 7. 1. scilicet. Hethæos, Gergezæos, Amorhæos, Chananæos in specie, Pherezæos, Hevæos & Iebusæos, qui extirpandi fuerint & funditus erudicandi. Eorum sedes ex analogiâ libri Josuæ delineavi, & non tàm

ornatus

ornatus quàm memoriæ causâ, proque meliori perceptione dicendorũ in hanc quam vides Tabellam concluſi. Erant autẽ ſuperſtitionibus mirè dediti, & varijs, partim horrẽdis abominationibus infames Deut. 8.10. liberos è ſe natos, opinione ſacri cultus vel meriti, uſtulabant Idolo Moloch.: magiam, incantationes ac veneficia exercebant: necromantiam quoque & auguria quod propterea moneo, nè quis putet à Juſtiſſimo DEO, ſine culpâ ſuâ, fuiſſe poſſeſſionibus exutos & vitâ privatos. Horum terras opportunitate loci fertiliſſimas, melle quaſi ac lacte fluentes, pridem Abrahæ promiſerat DEUS, Genes. 12.7. & 13.15. & 15.18. eiuſq; poſteris tanquam dignioribus colonis; modò reciprocâ pietate ſe gratos exhibeant. poſtquam igitur ex Ægyptiacâ ſervitute liberati, exactoque quadraginta annorum exilio, Arabiæ deſertum emenſi, ad has regiones appulerunt, cœperunt juſſu DEI, duce verò Joſuâ veteres inquilinos ad internecionem uſque perſequi. Nec tamen prorſus omnes extirparunt, ſed remanſerunt paſſim aliqui ſuperſtites, qui poſterorum virtutem exercerent; nè ſcilicet tàm fertilis ubere tellus, ſimul omnibus colonis orbata, in vaſtas ſolitudines degeneraret, unde peius à feris beſtiis quàm ab hoſte humano timerent Exod. 23. 29. Deut. 7. 22. Relicti ſunt ergò habitatores Gaſer in tribu Ephraim, facti tamen tributarii. Ioſ. 16.10. Jebuſitæ Hieroſolymis in tribu Benjamin. jud. 1. v. 21. complures Chananæi in tribubus Manaſſe, Sebulon, Aſer & Naphtali, verſib. 27. 28 & ſeqq. adeò ut etiam Salomonis tempore multi Amoræorum Hethæorum, Phereſæorum, Hevæorum & Jebuſæorum inter Iſraëlitas habitarint. 1. Reg. 9.21. Imò longè ſerius,

Christi Servatoris ætate, Gergesæi adhuc superfuerint Matth. 8.28. Itaque ad Reges ea cura seculorum successione fuit devoluta, ut hasce Chananæorum reliquias paulatim conficerent, & excinderent è numero populorum. R. Mos. b. Mym. H. Mel. init. cap. 5. אין המלך נלחם תחילה אלא מלחמת מצוה ואי זו היא מלחמת מצוה זו מלחמת שבעה עממים ומלחמת עמלק ועורת ישראל מיד צר שבא עליהם ואחר כך נלחם בשלחמת הרשות והיא מלחמת שנלחם אם שאר העמים היכ להרחיב גבול ישראל ולהרבות נדולתו ושמע: *ante omnia gerit rex bella mandata, nempè septem populorum & Amalek: juvatq; Israël contra hostes ipsi supervenientes. postea demum suscipit prælia majestatis contra gentes alias, ut dilatet terminos regni & augeat magnitudinem eius unâ cum famâ.* E quibus verbis apparet Bella Hebræorum fuisse vel *Defensiva* contra incursus vicinorum, vel *Offensiva*, etiam adversus non lacessentes; hæcque rursus duplicia, vel *Legalia*, quæ Moses præceperat, vel *Ultronea* quæ quisq; pro dilatatione imperij sponte susceperat: de quibus Theor. seq. nunc illud excutiendum est prius, quod de Amalek adjunxerat, jubentur illi omninò deleri, ut nè quidem vestigium sub cælis amplius extet. Deut. 25. ult. victoriæ verò memoria in solis chronicis conservetur Exod. 17. 14. R. Mosche de Kozi præc. affir. 116. & rursus pr. negat. 226. item Maym. H. Mel. cap. 5. §. 3 מצות עשה לאבד זכר עמלק שנ תמחה את זכר עמלק ומצות עשה לזכור תמיד מעשיו הרעים ואיבתו כדי לעורר איבתו שנ זכור את אשר עשה לך עמלק מפי השמועה למדו זכור בפה לא תשכח בלב שאסור לשכוח איבתו ושנאתו: *legem habemus quæ jubet nos perdere memoriam Amalek. & sonat (Deut. 25. 19.) dele memoriam Amalek. Item aliam, quæ jubet nos contra meminisse jugiter operum eius malorum & insidiarum, ut excitemus (vel acuamus) iras nostras adversus eum; quæ sonat (vers. 17.) recordare quid fecerit tibi Amalek. ex orali Kabalâ didicimus, verbum textus*: Recordare: *referri ad os*, (*quo jugiter id narrandum sit*) *sed verba* (*vers. 19.*) Non obliviscaris: *respicere cor, nè unquam obliviscantur illius odij.* Quid ergo est illud grande nefas, cujus indesinenter meminisse debent, oportet Amalekitas insigne quoddam hostilitatis specimen edidisse, aut facinus patrasse præaliis notabile, quo tàm irreconciliabile odium & vindictam perpetuam meriti sint erant enim aliàs Judæorum agnati, ex Esau oriundi, Genes. 36. 12. unde & Edomæi descendûnt. vers. 9. quibus tamé parcere jussit Deus, Deut. 2.5. cur igitur isti sunt deterioris cõditionis? Id scriptura duobus verbis innuit, Deut. 25. v. 18. ויזנב הנכשלים *decaudicavit debiles.* quod nostri interpretes metaphoricè accipiunt de agminis extremitate trucidatâ, quia Græci sic reddiderunt, ἔκοψε τὴν ὁπαγίαν, [illegible]

ἐκ κατωνίας ὀπίσω σου. Iudæi verò quibus ex lege incubuit istorum particularius meminisse, ad verbum exponunt; amputâsse virilia quibusdam lassis de tribu Dan, qui tardius erant secuti, in exprobrationem & contemptum circumcisionis. audiamus ipsosmet narrantes R. Bacchai sub finem Parsæ Ki Teze. חותך מילה וזורק כלפי מעלה ואומר פול פה שנחרת והיה עושה זה מאותן הפרי כח הזנבות והחלושים שנתן מחסת עוטת שהיה הענן פולטן וכותב למעלה מן הענין והחזיקה במנחשין בא שמואל עה ופרע להם שנ׳ וישסף את אגג היה מחתך את בשרו כותים ומאכיל לנעמוניות מהו עמלק עם לק עם שבא ללקק דמן של ישראל ככלב ר׳ לוי בשם ר׳ שמעון בן חלפתא אומר למה היה עמלק דומה לזבוב שהוא להוט אחר המכה כך היה עמלק להוט אחר ישראל: *abscidit membra circumcisionis & proiecit sursum versus cœlum dicens:* TOLLE QUOD ELEGISTI! (*Deum irridens: ut Iulianus Apostata Christum, ocelamans: Vicisti Galilæe!*) *hoc fecit languidis illis in extremo agminis, quos (via Comes & monstratrix) nubes ejecerat (nescio quid hoc sit alterius miraculi.) congruit quod eodem capite scribitur. (vers. 11.) in simili negotio, de muliere verenda contrectante. Sed venit Samuel, & vindicavit hoc scelus quando dilaniavit regem eorum Agag. (1. Sam. 15. 33.) hoc est, jure talionis amputavit (præputiatam) carnem illius, ut olivas solent putare, & in cibum proiecit struthionibus. Quid notat etymon Amalek* עם לק *populum qui lambit, scilicet sanguinem Israëlis, veluti canes. R. Levi, nomine R. Simeon f. Chalariphtæ ait: similes esse muscis, qui ulceribus inhiant avidissimè.* Habent hoc ex antiquissimo Targum Jonathæ ben. Uziel, qui vers. 18 capitis 25. Deut. sic reddidit chaldaicè. דארעי יהבכן באורחא והוה קטיל בכון כל תהוה מחרחר למסטי בתר בוסרי תהון גוברוא רמשטטא רבית ען רחמנה בירחין פולחנא נוכראה והוה ענגא פליט יהוה הויה עמלק בוקבול יחתון וסטא ניה גברוהון ושירי לעילא ואחון בית ישראל חורהון לעין ומשלהון מסוגי שעבודא דמצראי ומן דלוחי גלללי ימא דעברהון במצעיהון ולא רחלו בית עמלק בתר קרם יי: *quæ occurrerunt vobis in via cum occidit è vobis quotquot cogitârunt declinare (*Sonò τῷ λόγῳ à sermone meo scilicet viros tribus Dan, *inter quos erat cultus alienus (Idolorum.) hos ejecit nubes (in columnæ formam castra præcedens (Exod. 13. 21) sed excepit eos Amalek & amputavit loca virilitatis eorum, proiecitque sursum: tunc vos Israëlitæ lassi eratis & fatigati, à recessu servitutis Ægyptiacæ. præ, terrore fluctuum maris, per cuius medium transieratis: at Amalekitæ nil reverebantur* DEUM. *R. Salom. Iarchi in com. s. h. l. ait etiam nefandâ sed ipsis consuetâ libidine Israëlitas incestâsse: quo*

vel solo crimine diram internecionem meruissent. קרי לשון קרי vox. Accidit. sumitur (eo significatu quo supra cap. 23. vers. 10.) de accidente pollutionis: quoniam abusi sunt illis prædicando. Ut ut sit, hoc certum est, in lege magis exosos fuisse Deo, quàm ullos vicinarum gentium, nec vitâ tantùm & fortunis, sed etiam omni mentione nominis apud posteritatem spoliari jussos. Erat hoc primum bellum Israëlis, & putant etiam fore ultimum. Nam ipse Moses id cœperat statim ab egressu Exod. 17. 11. vincens quamdiu palmas in sublime porrigeret: quia verò nondum omnes deleti sunt, existimat Commentator Maymonidis, ad marg. cap. 5. Mal. reservari cæteros Victori Messiæ, semper Augusto; dicens מצוה זו אינה נוהגת עד ימות המשיח לאחר כיבוש הארץ *præceptū hoc non prorsus impleri ante tempus Messiæ, qui subactura sit terram* (quod fiet intra proximos 30 annos: nisi calculus recentium Rabinorum, & nominatim R. Esaiæ Anav. in præfatione Calendarij sui, fallit; quod equidem valdè suspicor.)

Quamvis verò scriptura vacationem à militiâ quibusdam indulserit. Deut. 20. v. 5. 6. 7. de quo privilegio infra Theor. seq. dicetur amplius; ea tamen immunitas nemini concessa fuit in bellis legalibus septem populorum & Amalek, contra quos universi, etiam sponsus è thalamo in aciem prodire debuerunt. ממ pr. aff. 120. & רמבם H. Mel. 7. §. 4. בדא שפחזרים אנשים אלו מעורכי המלחמה בסלחמת הרשות אבל בסלחמת מצוה הכל יוצאין ואפילו חתן מחדרו וכלה מחופתה *quæ dicta sunt de remissione virorum è castris, intelligantur de bello majestatis: at in præcepta bella omnes exeunt, etiam sponsus è cubili & sponsa è velamine suo (sub quo in solennitate nuptiali copulantur. Ioël. 2. 16.)* Hinc igitur longè facessat omnis metus; assumantur verò spiritus generosi & bonæ spei de certâ victoriâ pleni. molles enim & degeneres animi, non tantùm per se nil efficiunt præclari, sed etiã contagione suâ strenuos quosq; inficiunt, ut unâ relaxentur & vincendi occasiones perdant. Itaque lex tàm seriò totque verbis inculcat, ut omni pavore abiecto, viriliter agant. Deut. 20. 3. quæ Moses Kozæus ad singulos actus hostiles referens, hoc modo explicat. pr. neg. 231. אל ירך לבבכם אל תיראו ואל תחפזו ואל תערצו מפניהם ד' לאזן הללו עניין אחד הוא והן כנגד ארבעה דברים שמלכי אומות העולם עושים בסלחמה סניפין בתרסיסיהן להקישן זה לזה בדי להשמיע קול שיפחדו כנגדם ויניסו ומצהלין בסוסיהן להשמיע שעטת סוסיהן וצווחין בקולם ותוקעין בשופרות וכמיני כשמיעו קול והזהירה תורה לכך אל ירך לבבכם מצהלות סיסים ואל תראו מהנעת תרסיסין ואל תפחדו מקול הקרנות ואל תערצו מקול הצווחה כי ה' אלהיכם ההולך עמכם להלחם לכם עם אויביכם להושיע

להושיע אתכם: *nè molleſcat cor veſtrum, nè paveatis, nè trepidetis, nè formidetis ipſos. Quatuor prohibitiones iſtæ ſunt unius & eiusdem ſignificationis, ſed opponuntur totidem actionibus, quas ſolent reges gentium edere in prælio. quatiunt ſcuta ſua ut collidantur invicem, & audientes timore percellantur fugiantq́: provocant equos ad hinniendum, & impellunt ut latè perſonet ſtrepitus ungularum: conclamant voce arduâ: & elangunt inſuper tarat antara. adverſus tot formidabilium ſonorum ſpecies præmunivit eos lex ſigillatim. addens, ſi fiduciam habuerint, DEUM fore ſecum in pugnâ. & contra hoſtes auxiliaturum.* Inſignis eſt locus Maymonidis, ſub finem cap. 7. Mel. quo velut claſſico militum ſuorum animos incendit, ut in tàm juſtis bellis vitam pro lege profundere nil dubitent: jubens tunc omnem familiæ & propinquitatis curam, penitus ex animo delere; quæ ipſorum quidem animos enervet, alteris tamen nequicquam proſit: admiſcens quoque minas, quàm gravem D.n offenſam contrahunt, qui mandata eius militaria tàm legniter exequãtur; tùm verò quàm injurij ſint in cõmilitones, qui puſillanimitate ſuâ illorum ardores hebetent, ſicque cæſorum ſanguinis quodammodo rei fiant: erigens tandem & conſolans eos qui fortiter occumbunt, inituros paradiſum, affatim ibi recreandos. מאחר שיכנס בקשרי המלחמה ישען על מקרא ישראל ומושיעו בעת צרה וידע שעל יחוד ה׳ הוא עושה מלחמה וישים נפשו בכפו ולא יירא ולא יפחד ולא יחשוב לא באשתו ולא בבניו אלא ימחה זכרונם מלבו ויפנה מכל דבר למלחמה וכל המתחיל לחשוב ולהרהר במלחמה ומכהיל עצמו עובר בלא תעשה ולא עוד אלא שכל דמי ישראל תלויין בצווארו ואם לא נצח ולא עשה מלחמה בכל לבו ובכל נפשו הרי זה כמי ששפך דמי הכל שנ׳ ולא יסס את לבב אחיו כלבבו הרי כפורש בקללה ארור עושה מלאכת ה׳ רמיה וארור מונע חרבו מדם: וכל הנלחם בכל לבו בלא פחד ותהיה כוונתו לקדש את השם בלבד מובטח לו שלא יפצא נזק ולא תגיעהו רעה ויבנה לו בית נכון בישראל ויזכה לו ולבניו עד עולם ויזכה לחיי עולם הבא שנ׳ כי עשה יאשה ה׳ לאדני בית נאמן ונו׳ והיתה נפש *poſtquam intravit obligationē militiæ, nitatur ſuper eum qui eſt expectatio Iſrael, ſervator eius in tempore afflictionis (Ierem. 14. 8.) & ſciat quòd pro confeßione unitatis divinæ pugnet. gerat igitur ſecurè animam in manu ſuâ (h. e. periculum vitæ nil reformidet. phraſis è Iob. c. 13. v. 14.) neq; cogitet de uxore ſuâ vel liberis, ſed memoriam illorum procul è corde removeat, in id ſolum intentus quod belli eſt. nam ſi inciperet fluctuare cogitationibus, non tantùm confunderet ſeipſum ſed etiam peccaret contra vetitum legis. Quinimò totius populi ſanguis pendet à collo ſuo. ſi enim ſuccumbunt, ipſe verò non ſatis ſtrenuè procinctis viribus pugnavit, perinde habetur, ac ſi cruo-*

rem omnium ipse fudisset. sicut dicitur (*Deut.* 20. 8.) *revertatur, nè liquefaciat cor fratrum ut suum. huc etiam accommodat Kabala illud* (*Ierem.* 48. 10.) *maledictus qui peragit opus Domini negligenter, & execrandus qui prohibet gladium suum à sanguine. Contra, qui prælio instat omni conatu, absq; trepidatione, cum proposito sanctificandi numen, & victoriæ securus confidenter sperare debet. nihil sibi nociturum vel eventurum adversi, sed paratum iri domum in Israel, congruam sibi & filiis post se in perpetuum, & habitum iri dignum æternâ vitâ, sicut dicitur* (*1. Sam.* 25. *vers.* 28. 29) *parabit* DEVS *domino meo domum stabilem, quia prælia Domini præliatus est; eritq; anima eius colligata in fasciculo vitæ cum* DEO *suo.* Quis est tàm imbellis, qui tali classico non animetur? aut in certam ruere mortem formidet? sæpè miratus sum quid sit illud quod Turcas, homines barbaros & si cũ Christianorũ industriâ conferas, multò nobis inferiores, tàm pertinaciter in acie retineat; ut aliquando se nostris ultrò quasi sacrificandos exhibuerint; sed nunc mirari desino, postquam in eorum Bibliis, Alkuranum dico, tot cohortationes ad fortitudinem inveni, suffultas paradisi promissionibus plusquam Sybariticæ, quâ vix ipse Sardanapalus optare possit suaviorem. quis non ejus quàm citissimè campos fieri festinet, cui summum bonum in hisce delitiis repositum? Suretâ *Imrani* patris Mariæ (quem Epiphanius *Ioakimum*, vulgus *Eli* nomat, Muhammedes verò Mosis parenti cognominé facit) v. 168 &169.

وَلَا تَحْسَبَنَّ الَّذِينَ قُتِلُوا فِي سَبِيلِ اللَّهِ أَمْوَاتًا بَلْ أَحْيَاءٌ عِنْدَ
رَبِّهِمْ يُرْزَقُونَ ۝ فَرِحِينَ بِمَا آتَاهُمُ اللَّهُ مِنْ فَضْلِهِ وَيَسْتَبْشِرُونَ
بِالَّذِينَ لَمْ يَلْحَقُوا بِهِمْ مِنْ خَلْفِهِمْ أَلَّا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ وَلَا هُمْ يَحْزَنُونَ ۝

nequaquam existimes eos qui occisi sunt in semitâ DEI (*hoc incompetente titulo semper appellat latrocinia sua.*) *mortuos sed vivos; apud Dominum suum sustentantur; lætantes eo quod suppeditat ipsis* DEVS *de abundantiâ suâ; & delectantur. quos non sollicitat quicquam de superstitibus, an terror* (*vel periculum*) *sit super eos. necipsi* (*amplius*) *contristãtur.* Et eadem Suretâ, paulò anterius versibus 154. 155. exprobrat meticulosis ignaviam, qui se morti obijcere dubitant, sperantque domi fore tutiores: respondens, mortis horam esse fatalem, quãm

nè domi

a è domi quidem evitare liceat, foris autem in militiâ occumbentes, gaudere insuper duplici privilegio, quod & peccati veniam consequatur, & ab universali judicio sint immunes. si credere fas est!

يَا أَيُّهَا الَّذِينَ آمَنُوا لَا تَكُونُوا كَالَّذِينَ كَفَرُوا وَقَالُوا لِإِخْوَانِهِمْ إِذَا
ضَرَبُوا فِي الْأَرْضِ أَوْ كَانُوا غُزًّى لَوْ كَانُوا عِنْدَنَا مَا مَاتُوا وَمَا قُتِلُوا
لِيَجْعَلَ اللَّهُ ذَٰلِكَ حَسْرَةً فِي قُلُوبِهِمْ وَاللَّهُ يُحْيِي وَيُمِيتُ وَاللَّهُ
بِمَا تَعْمَلُونَ بَصِيرٌ وَلَئِنْ قُتِلْتُمْ فِي سَبِيلِ اللَّهِ أَوْ مُتُّمْ لَمَغْفِرَةٌ مِنَ
اللَّهِ وَرَحْمَةٌ خَيْرٌ مِمَّا يَجْمَعُونَ وَلَئِنْ مُتُّمْ أَوْ قُتِلْتُمْ لَإِلَى اللَّهِ تُحْشَرُونَ

à vos quicunq; creditis: nè fitù ficut illi qui abnegant, & dicunt de fratribus suis cùm pugnant in terrâ, aut gerunt se strenuè si manerent nobiscum, non morerentur, nec occiderentur! sic ponit DEUS *tale scandalum in corda eorum. Sed* DEUS *est qui vivificat & mortificat: is omne id quod agitis intuetur. Quod si occidamini in semitâ* DEI *aut moriamini, remissio erit à* DEO *& misericordia, melior eo quod congregatis: & si occumbatis ac interficiamini, non ad* DEUM *sistemini.* Huc ergò properate, ô bis miseri homines, qui malesuadæ cõscientiæ præsagio judicium metuitis; an id fortè vestro cruore possitis redimere! sicut & morientes Judæi, veræ salutis signari dicunt על כל פתחי כפרה עבורתי *sit mors mea expiatio cunctarum transgressionum mearum.* eoq; velut epiphonemate ultimo, infelices animas, nescio quorsùm! exhalant.

Nunc è diverticulo in viam, h.e. ad bella Judæorum: in quibus semper & ante omnia pacem offerre hostibus oportuit, etiam illis septem populis quos DEUS specialiter voluit extirpatos. R. Mos. Mik. pr. aff. 1.8. מצות עשה לקרא אפילו לשבעה עממים לשלום כל שכן למלחמת הרשות עם שאר האומות *jussio legis est, acclamare prius pacem, etiam septem gentibus; quanto magis in bello potestatu cum ceteris nationibus? & alter Moses Aegyptius, init cap. 6. Malach.* אין עורכין מלחמה עם אדם בעולם עד שקוראין לו שלום אתר מלחמת

הרשות האחד מלחמת מצוה שנ' כי תקרב אל עיר להלחם עליה וקראת אליה לשלום: *non infertur bellum cuiquam hominī in mundo, nisi prius sub aliqua conditione; sive Majestatis bellum sit sive Legale. quia dicitur* (Deut. 20. 10.) *cum approquaveris urbi ut oppugnes eam, acclamato illi*

Continebit autem illa pacis oblatio tria petita, quorum religionem & bonos mores, alterum facultates, ultimū servitia concernit, prout ea Kozæus ibid. enumerat. מה הוא השלום שקוראין מנקשים מהן שלשה הנרים שיקבלו עליהם שבעטו בני נת עליהם. ושיהו למס עובד ושיהי עבדים ככושים תחת יד ישראל לעשות ככל אשר יצוה המלך: *quænam sunt illa conditiones pacis? postulant ab eis tria, 1. ut recipiant septem præcepta filiorum Noæ* (*quæ declarabuntur infr. Theor. seq.*) *2. ut fiant tributarii. 3. ut sint servi, humiliati sub manus Israelitarū, & omnia facere parati quæ Rex jusserit.*

Reperio tamen exceptionem de Moabitis & Ammonitis, ex incestu Lothi natis. gen. 19. v. 37. 38. pacem ipsis solis non fuisse oblatam; concessam verò si ultrò eam rogârint. Pr. Negat. 228. כתב בעמון ומואב לא תדרוש שלמם וטובתם כל ימיך לעולם ואע"פ שאין שואלין בשלומם השלימו מעצמן תחילה מקבלין אותן שנ' נטוב לו לא תתנו יבול אף אילו. א"ר אלעזר מסיע בדא. כדרישת שלום אבל תשלומי שלום מותר עם עשו עמך חסד כדרך עשה חסד עם חנון כאשר עשה אביו. עמו ושלח לנחמו: תג' *de Ammon & Moab præcipitur* (*Deut. 23. 6.*) *non quæras pacem vel bonum eorum, ullis diebus tuis in seculum.* (*qui textus videtur priori contradicere: sic autem conciliatur.*) *quamvis non quæratur pax eorum, si tamen pacis conditiones ipsi sponte præstent, recipiuntur: quia dicitur* (*ibid. vers 17.*) *in bono suo non populeris eum.* (*licet de servo dictum, tamen*) *etiam hos comprehendit. Ait. R Eliezer Mimmiz. intelligendum esse tantum de oblatione pacis, non receptione, quæ permissa sit si tibi quoq; fecerint benignè. exemplo Davidis. qui Hanonem, novum regem Ammonitarum per legatos consolatus est* (*quia defunctus Pater eius, pridem sibi misericordiam exhibuerat. 2. Sam. 10. 2. quod tamen consilium postea malè cesserit.*) Ecce verò DEI mirabile judicium! quamvis belli dux Josua pacem omnibus Chananæis obtulerit, spreverunt tamen eam plerique: quod scriptura factum esse dicit à Domino, ut induraret corda eorum, & excinderentur universi, nec superesset gratiæ locus, Josu. 11. vers 20. Aiunt veteres: non tantùm obtulisse pacem, sed etiam fugiendi locum & occasiones aperuisse, missis ad eos legatis. Maym. H. Mel cap. 6. §. 5. eiusq; cōmentator in marg. מפורסס הוא בירושלמי פו' דמסכ' שבועות אמר רבי שמואל בר נחמן שלש פרוסטנמא יות (פי' כתבים) שלח יהושע קד שלא נכנס לארץ הראשון מי שרוצה לברוח יברח וחור ושלח מי שרוצה להשלים

להשלים ישלים והזר ושלח מי שרוצה לעשות מלחמה יעשה, ונרשי האמין להקלה הלך לו לאפריקי דכתי' ער באי ולקחתי אל ארץ כארצכם זו אפריק' *declaratum est hoc in Talm. Ierosolymitano (quod ad differentiam vulgaris Babylonici sic nominatur) cap. 6. Mass. Iuramentorũ; dixisse R. Samuelem f. Nachinan: Tria diplomata præmisit Iosua (per feciales vel caduceatores) antequam intraret terram, in primo perscriptum erat,* FVGIAT *qui vult: in secundo,* DEDAT *se qui vult: in tertio* PVGNET *qui vult. Ex solis Gergesæis multi crediderunt* DEO; *& fugerunt in Africæ provinciam, qua (Esa. 36.17.) terra, terra Chananæorum similima dicitur. (ideò inter cæteros qui restiterunt, non recensentur Ios. 9. 1. & Deut. 20. vers. 17. etiam omittuntur.)* Ex Hevæis autem soli Gibeonitæ postquam pacis conditiones primùm spreverant, astutandem vitam suam servarunt; lacero habitu iter longinquum simulantes Josu. toto cap. 9. In cæteros omnes, absque sexus vel ætatis discrimine, acriter fuit sævitum: extat enim severissima lex Deut. 20.16. non relinquendum esse ullum quod spiret. In bello majestatis, imbellis turba fœminarum & parvulorum, misericordiam inveniunt; at in hoc legali omnes à minimo ad maximum æquali sorte jugulantur, ut nè nuncius quidem stragis superstes qui posteris enarret. Præc. neg. 225 כל מי שבא לידו אחד מן השבעה עכמין ולא הרגו עיבר בלא תעשה בעוד שישראל שוכנים באי שב לא תחיה כל נשמה וכבר נמחה זכרם מתחת השמים *quicunq; non interficit eum, qui de septem populis venit in manus suas, peccat contra legem; qua ullam animam relinquere vetat. sed id obtinuit tantùm in terra Israel; & pridem deleta est memoria eorum sub cœlo.* Ideò Saulus hoc nomine non modò graviter reprehenditur, quod regi Amalekitarum Agagò pepercerit; sed etiam eâ de causâ reprobatur. 1. Sam. 15. vers. 9. & 23. regno ab hæredibus ablato. Sic & capitaneum Joab aiunt legi non satisfeciſſe, quòd Edomæorum mares tantùm sustulerit non fœminas, 1. Reg. 11.15. ex ambiguitate vocis זכר; quàm præceptor perperam legere docuerit, ea propter à discipulo confossus factum hoc indigitat Elias levita in præf. Masham mihi p. 71. unde postea Grammatici ad controversiam originis vocalium transumunt: legitur autem plenè in Talm. Basa postrema, fol. 21. b ubi de ludimagistris sermo est, qualis nam puerulis sit adhibendus: א רבא הני תיבי כקרי דרדקי חד נחים ולא דייק והד דייק גרס מיתבין ההוא דגרים ולא דייק שבשתא רב דימי מנהרדעא אמר מיתבין דדייק ולא נייס שבשתא רבתיה בי ששת חדטים ושבשם זואב וכל ישראל עד זכר עמלק אל והא אנן זכר קינן אמר ליה אנא זכר

אקריון אולשיילה לרביה אל היאן אקריתן אל זכר שקל ספסירא למיקטליה אל אמאי דכתי׳ ארור עושה מלאכת ה רמיה א׳ל שבקיה להההוא גברא דליקום בארור א׳ל כתיב וארור מונע חרבו מדם קטל׳׳: *inquit Raba, inter duos pædagogos, quorum unus doctrinam vocum alter minutias grammaticales tradit, uter est præficiendus? an ille qui doctrinam? quia error contingit circa voces? contradicit R. Dimi de Nehardeâ, præferendum potius qui subtilitates etymologiæ docet, quia non leviùs erretur v. g. ob discrimen* עַל *&* עֵל *(quorum illud excelsum, hoc supra vel contra, significat.) Scriptum est (1. Reg. 11. 16.) semestri mansisse Ioabum in Edom, usq; dum excideret omnes masculos illius. occurrens igitur Davidi, rogatus fuit, quare sic fecerit, respondit, quia (Deut. 25. 19.) legatur* זָכוֹר *regesit rex suos* זָכַר *legere. abiens itaque consuluit Doctorem suum; quomodo tu nos instituisti? & cum* זָכַר *repeteret, libravit ensem ut ipsum interficeret, quia scriptum est (Ierem. 48. 10.) maledictus qui facit opus Domini negligenter. rogante autem Doctore, ut se dimitteret, virum quem jam maledictione percusserint: respondit (legi ulterius ibidem) execrandus qui prohibet gladium à sanguine: sicq; ipsum occidit.*

Sub finem quæritur, annon crudelis sit lex, quæ tot populos absque miseri. ordia extinguere jubet, neque parvulis parcit ab uberibus matrum pendentibus? estque inter Christianos etiam controversia, utrum Barbaros religionis propagandæ prætextu invadere possimus, si non lacessant? nec probant omnes Hispanorum facinora, qui in America (fatente proprio quodam Episcopo) intra semiseculum, ultra viginti hominum milliones plerosque non malè de se meritos, mactarunt. Ita sanè Chananæis etiam hoc dictum fuit visum, ut Iosuam latronem vocitarint. sed in Dei jussa ex arcano justissimoque judicio profecta, nostrum non est curiosius inquirere. Referunt Talmudici Gergesæos (quos i. Africâ exulasse dixi) quando Alexandri M tempore ipsi & Judæi, sub unum illud & commune caput redacti erant, restitutionem patriæ pervim ablatæ, postulasse; sed è lege convictos iterum acquievisse. Perek Chelek pag. 91. circ med. תני רבנן בעשרים וארבעה בניסן איתנטילו דיסנאי מיהודה ומירושלים כשבאו בני אפריקא לדון עם ישראל לפני אלכסנדרוס מוקדון אמרו לו ארץ כנען שלנו היה ארץ כנען לגבליתיות וכנען אביהון דהנהו אנשאי הוה א׳להו נבוה בן פסיסא לתכסים תנו לי רשות ואלך ואדון עמהן לפני אלכסנדר אם ינצחוני אמרו הדיוט שבנו נצחתם ואם אני אנצח אתם אמרו להם תורת משה נצחתכם נתנו לך רשות הלך ודן עמהם א׳ל מהיכן אתם סבי׳ן ראיה אמרו לו מן התורה א׳ל אף אני לא אביא לכם ראיה אלא מן התורה שנ׳ ארור כנען עבד עבדים יהיה לאחיו עבד שקנה נכסים עבד למי ונכסים למי ולא עד אלא שהרי

שתרי כסה שנים שלא עברתונו א להם אלכסנדרוס מלכא החזירו לי תשובה א"ל תנה לן זמן שלשה ימים נתן להם זמן בדקו ולא מצאו תשובה סיך ברחו והניחו שדותיהן כשהן זרועות וכרמיהן כשהן נטועות: וא"ת שנה שבעית היתה? *tradunt nostri Doctores, 24. die mensis Nisan, remotos esse Syndicos à Iudâ & Ierusalem (qui nomine expulsorum de postliminio agebant,) venerant enim Africani, ut litigarent cum Israële coram Alexandro Macedone asserentes terram Canaan esse suam, quia in lege pássim (ut Num. 34. 1.) à se denominetur, qui oriundi sint è patre Canaan. Itaq; Gaboáh filius Psijæ rogavit à sapientibus veniam, dicens: ego pace vestra ibo & cum illis litigabo, quod si me vicerint, superest vobis respondere, vicistis plebeium è nobis (erat enim corpore gibbosus, sed ingenii subtilissimi.) at sin ego vincam, dicite legis virtute factum esse. Impetratâ igitur licentia disceptandi cum illis, primùm quæsivit, unde vos deducetu vestras probationes? cum respondissent, è lege: subjecit, nec ego aliunde asseram meas. sortibitur inibi (gen. 9. 25.) maledictus esto Canaan, servus servorum sit fratribus. si quid servus acquirit, cuinam debetur illud & i semet? sed vos insuper tot annis nobis non servijstis! iussit eos Alexander hoc resutare; petierunt dilationem triduanam, quâ concessâ cum nihil responsis invenirent aufugerunt, relinquentes agros seminatos vineasq; plantatas. & hoc ipsum contigit anno septimo sive Sabbatico.*

Theor. XVII.

Suscipiebat tamen & ultronea, pro dilatatione imperii.

BELLA Iudæorum fuisse duplicia, legis & majestatis, jam supra dictum est; & hactenus quidem de legalibus actum, à quibus nemo immunis erat: nunc sequuntur spontanea, quæ nec omnes obligabant, nec suscipi poterant invito Synedrio. Rex igitur arma finitimis illaturus, necessariò prius deliberabat cum magno senatu; citra cuius consensum miles non exibat. Maijm. H. Melach. 5. 2. מלחמת מצוה איט צריך לישל בה רשות בית דין אלא יוצא מעצמו בכל עת וכופה העם לצאת. אבל מלחמת הרשות אינו מוציא העם בה אלא על פי בית דין של אחד ושבעים: *in bello quidem legali non opus habebat impetrare licentiam à senatu, sed exibat quovis tempore, cogens populum exire secum: at in bellum Majestatis non educebat exercitum, nisi de sententia Synedrii magni unius & septuaginta judicum. Id.* H. Sanh cap. 5. §. 3. ex 8. c. Mass. Sotah. לא מוציאין למלחמת הרשות אלא על פי בית דין

הגדול שנ׳ כל הדבר הגדול יביאו אליך *non itur in bellum potestate, absque consensu senatus magni, quia dicitur (Exod. 18. 22.) omnes res magnas ad te referent.* Hoc impetrato proximum erat ut milites lustraret, & eos quibus lex abesse di veniam largitur domum remitteret. Immunes enim erant ab hâc militia, quatuor hominum species ædificantes, plantantes, neogami & meticulosi, Deut. 20. versib. 5. 6. 7. 8. quod privilegium Rabini latius extendunt atque in hunc qui sequitur modum, explicant Hal. Mel. cap 7. §. 4. אחד הבונה בית לישיבתו ואחד הבונה בית הבקר בית העצים בית האוצרות הואיל וראוי לדירה ואחד הבונה ואחד הלוקח ואחר שניתן לו במתנה או הירשו הרי זה *perinde est sive quis ædificet ad inhabitandū, sive pro pecoribus, sive pro ligni, sive granariū (pro frugibus reponendis) modo id ædificiū habitationi cōgruū sit, æquiparatur etiā ædificanti, qui accipit aliunde, ut dono vel hereditate: omnes hi revertuntur.* Excipiuntur qui voluptuaria tantùm, ut aulas vel fornices ad ornatum ædificant; aut in exoticis terris quamcunque casam. Ibid. & §. 10. אבל הבונה בית שער אכסדרא או מרפסת או בית שאין בו ארבע אמות על ארבע אמות או הגזל בית הרי זה אינו חוזר וכל הבונה בית או נוטע כרם בחוצה לארץ אינו חוזר עליהן *at qui atrium, exedram, vel porticum ædificat, aut tugurium quod non est quadrangulum, vel injustè rapit domum, ecce is non habet privilegium revertendi: ut nec ille, qui extra terram Israel ædificat vel plantat, propterea immunis est.* De novis ædibus quas dominus, vel aliis locat pro annuâ pensione, vel obseratas nemo incolit, difficilior est quæstio. Eod. §. 10. בנה בית והשכירו לאחרים הקדים לו שכרו לאחר יב׳ חדש הרי הוא כמי שלא חנכו עד עתה בנה בית ונתן בו תפציו ונעל עליהן אם היה צריך לבטל על שמירתן הרי זה כמי שחנכו והתחיל לישב בו ואם אינו צריך לישב ולשמרן הרי זה כמי שלא חנכו *si quis domum ædificans, locat eam alii, & primam mercedem accipit, perinde habetur ac si eam initiaret: quod si merces post XII. menses primum datur, est ac si nondum initiasset hactenus. Qui verò noviter extructam occludit, abditis ibi rebus suis desiderabilibus, si opus habet diligenti custodiâ, reputatur pro dedicante & inhabitare primùm occipiente; sin custodiæ præsentiâ nil opus est, æquiparatur nondum dedicanti.* Quod plantantes attinet, lex tantùm de vineâ loquitur, si quis nondum. הללו *profanasset eam*, licuisse domum reverti. alludit eâ phrasi ad priscum morem, ubi nemo vinitorum uvis ante quintum annum fruebatur. tribus enim prioribus vinea noviter plantata credebatur imunda, quarto fructus habebantur sacri & à sacerdotibus comedebantur, quinto demum fiebant profani usus, ut ijs vesci liceret colono. R. Sal. Iarch. ad eam

legem:

legem. לא חללו לא פדאו בשנה הרביעית פשעינן לאכלן בירושלם או לחללן בדמים ולאכול הדמים בירושלם: *nondum profanavit (in textu Deut. 20. 6.) idem est quod nondum redemit anno quarto. nam fructus tenebantur edi Ierosolymis, aut ipsi, aut pretium è divenditis illuc deportatum.* tunc tripudiare solebant in vineis easque solennibus choreis initiare, quo phrasis illa simul allusit, ut Ab. Ezra testatur ad eund. loc. חללו מנורת. חלילים מי מנהג היה לחול בכרמים: *radix hæc habet etiam fistulâ canendi significationem, quia mos erat in vineis saltandi.* unde & Græci reddiderunt: ἐκ τῆς ἀυλήσεως. Sed Rabini extendunt etiam hoc privilegium latius ad omnem qui quinq; tantùm arbores, quasvis in quovis horto plantat, modò fructus afferant esui accòmodatos. H. Mel. c. 7. §. 5. אחד הנוטע כרם ואחד הנוטע חמשה אילני מאכל ואפילו מחמשה מיני מאכל אחד הנוטע ואחד המבריך ואחד הסרכיב זקנה בחברתה שהיא חייבת בערלה אחד הלוקח ואחד הסרוך ואחד היורש ואחד שניתן לו במתנה *perinde est sive quis vineam plantet, seu quinq; arbores frugiferas, etiam diversarum specierum (velut pomos, pyros, ficus, cerasos, oleas &c.) æquiparatur quoque plantanti fodiens, rigans, inserens veteri; qualis compositio etiam tenetur lege de præputiis arborum (Levit. 19. 23. quæ jubet folliculos florum excutere, nè quis fructus ante triennium enascatur.) Est quoq; tantundem, sive quis emat, seu hæreditario jure, sive dono datum accipiat.* Exceptiones aliquot ibid subsequuntur § 6. אבל הנוטע ארבעה אילני מאכל או חמשה אילני סרק או שגזל כרם אינו חוזר עליו וכן כרם של שני שותפים אין חוזרין עליו *at qui quatuor tantùm arbores frugiferas plantat, vel quinque steriles, aut rapuit vineam (in bello.) non revertitur. sic nec duo socii qui vineam communem habent.* pergo ad Neogamos. ij toto anno primo immunes erant ab omni officio militari, ut exhilararent uxores suas noviter ductas, sicut hæc ratio additur Deut. 24. 5. ad quæ verba notat R. Mose Mikozi pr neg. 230. שנינו בסוטה נפ׳ משוח מלחמה שלא יעבור עליהם שום עול מן הצבא לא לספק מים ומזון ולא לתקן את הדרכים *discimus è Maß. Sotá capite (8. quod incipit) inultus belli: non gravari eos (ut & præcedentes) onere ullo exercitus. non cogi ad afferendum aquas & cibaria, nec ad ordinandum vias (ut cæteri bello exempti.) adeoque domi suæ prorsus immunes esse.* competit hoc privilegium cuivis sponso, sive vetulam duxerit sive juvenculam: illi etiam qui defuncti fratris viduam superinduxit, Deut. 25. 5. Maym H. Mel. c. 7. §. 6. אחד המארס את הבתולה ואחד המארס את האלמנה וכן אם נפלה לו יבמה אפילו חמשה אחים ומת אחד מהן כולן חוזרין קדש אשה מעכשיו ולאחר שנים עשר חדש ושלם הוסן בסלחמה חוזר ובא לו *idem est, sive desponsarit sibi virginem sive viduam*

item si acciderit ipsi fratria. quamvis enim quinq; fratres sint (ut in exemplo quod Sadducæi Christo. proposuerunt Matth. 22. 25.) si tantùm unus moriatur, redeunt cæteri omnes. Qui matrimonium jam in præsenti contraxit, sed sub conditione temporis, ille complet suos duodecim menses in militia, deinde reversus cum eâ congreditur. Alia est ratio ejus qui repudiatam suam postliminio recepit, aut incompetentem duxit, ille non gaudet hac immunitate. §. seq. 7. והמארס את גרושתו והמחזיר אשה האסירה עליו כגן אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט *reassumens expulsam suam. aut desponsatus prohibita sibi, verbi gratia Pontifex vidua (contra legem levit. 21. 14.) aut sacerdos gregarius repudiata (ibid. vers. 7.) aut plebeius Israëlita spuria, vel contra Israëlitis spurio aut Nathinæo, (id est, è Gibeonitis oriundo, quos Iosua vitâ donatos constituit aquatores & lignatores in populo* DEI. *Ios. 9. ult.) horum nemo vacat à militia.* (quia lex de אשה חדשה *uxore novâ* loquitur, non post divertium renovatâ.) Superstant Meticulosi, quos ideò areere militiâ consultum erat, nè cæteros effœminarent. Accensentur autem illis quoscunque ‹ b patratum facinus aliquod, malè conscia mens trepidos efficit. quia enim ob unius Achan furis maleficium totus olim exercitus periclitabatur, Jos. 7. vers. 1. & 5. ideò non facilè solebant hebræi facinorosos in castris tolerare, nec sacri exercitus communione dignari: secus quàm fit hodiè, quando adulteri & homicidæ patriâ extorres, in militiam relegantur; unde & minus mirum est, quod ejusmodi sceleratorum colluvies parum contra Christiani nominis hostem effecit. quid enim foris prosint, qui domi inutiles sunt? R. Mosch. Mikoz. pr. aff. 120. מי האיש הירא ורך הלבב ילך וישוב לביתו ולא ימס לבב אחיו כלבבו ר' עקיבא או' הירא כמשמע שאינו יכול לעמוד בקשרי המלחמה לראות חרב שלופה רבי יוסי הגלילי או' הירא מעבירות שבידו לפיכך אמרה תורה לחזור בשביל בית וכרם ואשה לכבוש על החוזרים בשביל העבירות ור' יוסי הגלילי מודה לדברי ר' עקיבא רק שמסיק כדמסקינן שם שאם שמע קול קרנות והרתיע או הגפת תריסין והרתיע *qui timet aut mollis est, corde; revertatur domum nè liquefaciat corda fratrum* (Deut. 20. 8.) *R. Akiba* (*celebris ille doctor Talmudicus, qui 24000. discipulos informavit, & centenario major, in obsidione Bethorensi ob Bar-Cochabum ab Imp. Adriano miserè fuit excarnificatus.*) *intelligit hunc textum ad literam de illo qui stare nequit in acie, nec sustinet videre strictum gladium. At R. Iosè Galilæus intelligit de illo quem conscientia terret propter iniquitates perpetratas. horum turpitudinem ut lex tegeret* (*honoriq; parceret*) *jussit ob domum, vineam vel uxorem redire. Galilæus non contradicit Akibæ, sed fatetur,*

fatetur, saltem hoc superaddens, ut inde colligimus. qui enim audito cornu-umsono retrocedit, vel percepto scutorum strepitu retrogaditur, omnium confessione domum redit. Sunt etiam qui hoc ad ætatem referunt & natu grandiores, quibus unâ cum juvenili calore; militaris ardor jam deferbuit, eximunt militiâ; quòd simul cum robore corporis, animi quoque ferocia elangueat plerunq;. Ibid. ובספרי תניא ר' יוסי הגלילי או' הירא הוא בן ארבעים שנה פירוש תש כח ושני תנאים הם אליבא דר' יוסי *in vetusto libro Siphri (quem R. Simeon ben Iochai in tredecennali latibulo suo composuisse fertur) extat alia traditio eiusdem R. Iosè Galilæi, quòd vocem Timidus explicârit de Quadragenario, qui jam sit defectus viribus, amba traditiones congruunt ad mentem illius R. Iosè.* Notabile est & hoc, quod steriles in militiam non admiserunt: sive id ex dedignatione factum, velut eviratis & parùm masculis quia orbitas olim probri loco habebatur; Gen. 30. 23. 1. Sam. 1. 6. sive seram spem fœcūditatis, incerto belli eventu præcludere noluerint. Maym. H. Melach. 7 §. 8. אלו שאין יוצאין לערכי המלחמה כל עיקר אין מטריחין אותן לשום דבר בעולם וכו' *hi sunt qui non exeunt in aciem belli; omnis sterilis non fatigatur ullo unquam officio in mundo. &c.* Cæterorū immunitas duravit toto anno: quo tempore ab alijs quoque civilibus oneribus erant vacui. Ibid. §. 9. מפי הקבלה למדו שיהיה נקי שנה בין לבית שקנה בין לאשה שנשא בין לכרם שהתחיל לאכול פריו כל השנה לא שמר בחומה ולא נותן לפסי העיר ולא יעבור עליו שום דבר בעולם לא לצרכי העיר ולא לצרכי הגדר *orali explicatione didicerunt; immunes esse integro anno tàm ratione domus acquisitæ, quàm uxoris ductæ; aut. vineæ cuius fructus primum vesci cœperint. Interea non custodire mœnia, nil conferre ad valla urbis, summa non teneri ullo servitio. nec ad usus civitatis, nec ad necessitatem exercitus.* Qui verò semel in castra profecti, justis ex causis inde dimittebantur, illorum munus erat quale nunc ferè calonum, lixarum & impedimentorū: nè in publico labore ipsi prorsus otiarentur quæsito prætextu ignaviam celantes. § præced. כל אלו שחוזרין מערכי המלחמה מסתפקין מים ומזון לאחיהם שבצבא ומחזקין את הדרכים: *qui è castris revertuntur, subministrant aquas & alimenta fratribus suis qui sunt in expeditione, ac emendant vias.*

Porrò si qua urbs vel oblatam pacem acceptavit, vel obsidione tentata se certis conditionibus dedidit, recepta fuit in gratiam & vita incolis donata. H. Mel cap. 6. §. 1. אם השלימו וקבלו שבע מצוות שנצטוו בני עליהן אין הורגין מהם נשמה הרי הם לפס *si pacem iniverint & susceperint septem præcepta quæ imperata sunt filijs Noæ, nē interficitur ex illis anima ulla, sed fiunt tributarij.* ubi sanctè caven-

dum est, nè fides semel ipsis data, ullo prætextu violetur. Ibid. §. 3. ואסור לשקר בנריהם ולכזב להם אחר שהשליטו *nefas est fallere fœdus eorum, aut mentiri, postquam de pace transactum fuit.* ideò punitus legitur universus Israel triennali fame, 2. Sam 21. 1. quòd Saulus fidem fregisset, quam Iosua Gibeonitis pridem dederat. Ios 9. 15. nec potuit hæc fraus aliter quàm suspendio filiorum regis expiari. Quicunque autem illato bello expugnantur, coguntur ad duo, scilicet Proselytismum & Servitutem; quorum illud religionem, hoc politiam attinet. ac proselyti quidem duplices sunt גרי צדק *justi* qui cum circumcisione totam legem recipiunt; & גרי תושב *incolæ* qui præputiati manentes, sola præcepta Noæ servant. in classem priorem nemo cogebatur invitus, quia lex Masaica solis Judæis data est. fatente ipsomet Maymonide H. Mel. cap. 8. §. 11. משה רבינו לא הנחיל התורה והמצות אלא לישראל שנ׳ מורשה קהלת יעקב ולכל הרוצה להתגייר משאר האומות שנ׳ ככם כגר אכל מי שלא רצה אין בופין אותו לקבל תורה ומצות *Moses præceptor noster non sanxivit legem aliis quàm Israëli, quia dicitur (Deut. 33. 4.) hæreditas ecclesiæ Iacob; & illis qui sponte volunt nobis associari de reliquis gentibus, quia dicitur (Num 15. 15.) sicut vos sic peregrinus esto, at qui non vult, eum neq; cogunt suscipere legem.* perperam igitur egerunt olim Pharisæi Matth. 23. 15. non Christo tantùm culpante, sed ipsis etiam Rabinis agnoscentibus, dum mare & aridam circumiverunt, ut facerent unum proselytum, duplo se nequiorem. peius verò, avorum memoriâ R. Salomon Molchu. qui Div. Imp. Carolum V. seducere attentavit: audàcis huius Zeli dignum præmium consecutus: quod placet Judæorum verbis describere, ex illorum chronico Zæmach David. pag. 61. fac b. רבי שלמה מולכו גר צדק מאנסי פורטוגאל היה סופר המלך ונתגייר במחכא והתחבר אל דוך ראובני הבא ממדינת עשרת השבטים דרך ארץ טרטריאה הגדולה אשר היא הרבה להלאה מנהר גיחון ול שלמה הנל אף שמעוריו היה משולל מתורת משה מפ נעשה מופלג בתורה והיה דורש ברבים באשליאה ותורגמה וחבר ספר קבלה הוא וחברו דוך היו מדברים עם מלך צרפת ועם קיסר קראלוס התפשי והיו מבקשים להטות את לבם לאמנת ישראלים אשר בשכיל זה רש נדון לשרפה בעיר מנטובה בשנת רצז ועשו רמן בפיו שלא היה יכול לדבר מאומה ישרפוהו ואת דוך ראובני הוליך הקיסר עמו אסור בזיקים לספרד ושם לפי הנשמע סר לו סר המות: *Rabi Salomon Mulcho proselytus justus de exactoribus Portugalliæ, scriba erat regis, circumcisus verò clanculum & associatus Davidi Rubenitæ, qui nunc è regione decem tribuum advenerat (in quam Rex Salmanasser eos olim*

olim transtulit 2. Reg. 17. 6. sitam ad mare Caspium, ac ut fama est, ad hoc frequentibus Iudæi habitatam) per Tartariam maiorem, procul inde à flumine Gozan. Prædictus ergò Salomon, quamvis à iuventute sua Mosaicæ legis expers erat, nihilominus tamen in eâ sic profecit ad stuporem usq;, ut publicè concionatus fuerit in Italiâ & Togarmâ (h. e. Turciâ, ni fallor.) composuerit q; librum cabalisticum. Isigitur cum socio Davide regem Galliæ (Franciscum.) & Cæsarem Carolum quintum adiens, conatus est corda eorum inclinare ad fidem Israeliticam. propterea R. Salomo adjudicatus fuit igni Mantuæ Anno 1553. (qui nobis est erat 5313.) aptarunt verò frenum ori eius nè quicquam eloqui posset, & sic combusserunt. Sed Davidem Rubenitam (fuscum homuncionem, qui à transmarinis Iudæis, ad Papam Clementem VII. legatus pro auxilio contra idololatras emissus erat) traduxit Cæsar secum catenis ligatum in Hispaniam: ibi aiunt removisse ipsi amaritudinem mortis (locutio è 1. Sam. 15. 32. hoc est exemplo Agag in frusta dissecuisse.) Lubet & ritus obiter considerare, quos in circumcisione proselytorum adhibuerunt. Qui jam ante circumcisi erant, ut Ismaelitæ olim & nunc Turcæ, illis tantùm in testimonium Iudaismi vetus vulnusculum leviter resauciabant. M. H. Milah c. 1. §. 7: גר שנכנס לקהל ישראל חייב מילה תהלה ואם מל כשהיה גר צדק להטיף ממנו דם ברית ביום השמיני שנתגייר *proselytus qui cooptatur in ecclesiam Israel, ante omnia opus habet circumcisione, at si fortè circumcisus fuerit adhuc gentilis exsistens, necesse tamen est ab illo elicere sanguinem fœderis die octavo post adoptionem.* quâ ipsâ de causâ veteres Rabini diruptionem pelliculæ פריעה dictam, & legislatori Mosi ignoratam, introduxerunt, ut differrent ab alijs gentibus circumcisis; quod in stitutum palliare nituntur è Iosu. cap. 5. vers. 2. & ad differentiam Samaritanorum addiderunt Baptismum quendã de quo Raf. Alphes Tom. 2 pag. 26. & ipse Talmud Mass. Iefamos fol. 47. fac. a. circ. fin. תר גר שבא להתגייר בזמן הזה או לו מה ראית שבאת להתגייר אי אתה יודע שישראל בזמן הזה דוחים דחופים סחופים וסטורפין ויסורין באין עליהם אם אומר יודע אני ואיני כדאי מקבלין אותו מיד ומודיעין אותו מקצת מצות קלות ומקצת מצות חמורות ומודיעין אותו עון לקט שכחה ופאה ומעשר עני ומודיעין אותו עונשין של מצות אל הוי יודע שעד שלא באת לכאן זו אוכלת חלב אי אתה עונש כרת חללת שבת אי אתה עונש סקילה ועכשיו אוכלת חלב עונש כרת חללת שבת עונש סקילה וכשם שמודיעין אותו עונשין של מצות כך מודיעין אותו ריתן שכרו אל הוי יודע שהעולם הבא אינו עשוי אלא לצדיקים וישראל בזמן הזה אינם יכולים לקבל לא רוב טובה ולא רוב פורענות ואין

מדבין עליו ואין מדקדקים עליו קיבל ממנו אותו מיד נשתייר בו ציצין המעכבין את המילה חוזרים ומלין אותו שנייה נתרפא מטבילין אותו מיד ול' תה עומדים על גביו ומודיעין אותו הרי הוא כושראל לכל דבריו אשה נשים מושיבות אותה במים עד שראוה ושני תה עומדים לה מבחוץ *Tradunt Magistri nostri Tannaim* (*h. e. qui ab excidio templi ad sanctum usq; vixerunt.*) *si hoc tempore proselytus accedat, quæ causa est: quid quæso spectasti, cur velis circumcidi? an ignoras Judæos nunc angi, evelli, dissipari, discerpi & varias castigationes ipsis supervenire? si ea ista nosse respondet, nec quicquam simulare, recipiunt quidem sed proponunt ipsi præcepta quædam levia & quædam gravia v. g. de spicilegio, & oblivione neglectûs, & angulo agri relinquendo* (levit. 19. 9) *& decimis panperum; eruditos ipsum de pœnis transgressionum, dicendo: hactenus antequam ad hanc professionem accesseras, impunè comedisti adipem, aut profanasti Sabbathum: nunc verò deinceps ob illud meretis excisionem, ob hocce lapidationem. Contra tamen etiam obedientiæ mercedem docent: scito venturum seculum pro justis & Israëlitis paratum esse, neq; in hâc vitâ, vel bonum omne remunerari, vel puniri malum. Ista breviter tradant, sine ambagibus, sine subtilitate. si recipit, circumcidant. sin lacinia supersint (de pristinâ circumcisione) veram impedientes, abscindantur & illæ secundò. postquam sanatus fuerit, baptizent eum præsentibus binis sapientibus, & porrò informantibus. Ecce talis fit per omnia instar Israëlitæ! Quod si mulier sit, deducunt eam fœminæ ad aquas, ubi mergitur usq; ad collum, abstantq; foris iterum duo Rabini, qui eam instruant, &c.* Qui circumcisionem sustinere promisit, sed ultra primum annum differt, reputatur pro apostatâ. Maym H. Mel. 8. 2. כל המקבל עליו לגיור ועברו עליו יב חדש ולא מל הרי זה כסין מן האומות *quicunq; recepit in se circumcidi, sed antequam XII. menses transeant, non præstat, habetur sicut hereticus gentilium* (*quo convitio nos Christianos denominant.*) hæc de proselytis justis, qui totam legem susciebant: quod arbitratium erat. Nunc de *Incolis*, qui præputio retento sola quædam generalia honestè vivendi præcepta, sibi à victoribus imposita, necessariò servabant; quæ à renovatore generis humani, vulgò *Mandata filiorum Noæ* appellantur, & numero septem sunt; magnam partem postea in decalogum nostrum relata; prout ea Kozæus pr. aff. 122. & Ramb. H. Mel. init. cap. 9. recensent. על ששה דברים נצטוה אדם הראשון על עבודה זרה ועל ברכת השם ועל שפיכות דמים ועל גלוי עריות ועל הגזל ועל הדינים אעפ שכולן הן קבלה בידינו מפשה רבינו והדעת נוטה להן מכלל דברי תורה יראה שעל אלו נצטוה הוסיף לנח אבר מן החי שנ' אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו נמצאו ז' מצות *sex præcepta sunt Adamo primævo impositæ*

positâ, de Idololatria (nè DEOS *alienos coleret.) de benedictione Numinis (ut hunc solum creatorem veneraretur) de sanguinis effusione (nè homicidium patraret.) derevelatione turpitudinum (nè vagis aut incestis libidinibus contaminarentur) derapinâ (nèquid furarentur) & de judiciis (ut justitiam publicè administrarent.) quamvis hac ipsa nos acceperimus à Mose nostro doctore, & rectaratio illuc inclinet. Additum verò fuit Noacho mandatum de membro vivi, sicut dicitur (gen. 9. 4.) carnem viram in sanguine non comedatis. ita facta sunt in universum septem praecepta.* Quæ in primitivâ etiam ecclesiâ Christianorum, gentibus conversis, loco Mosaicæ legis rigidissimæ, ex decreto Apostolorum & Synodi Ierosolymitanæ imposita fuerunt. Act 15. 29. & pleraq; Alkuranus etiam inculcat passim. Quomodo patriarcharum successionibus paulatim aucta sint, & tandem in absolutæ legis complementum excreverint, subjungit idem §. 2. וכן היה הדבר בכל העולם עד אברהם בא אברהם נצטוה יתר על אלו במילה והוא התפלל שחרית ויצחק הפריש מעשר התפלה אחרת לפנות היום ויעקב הוסיף גיד הנשה והתפלל ערבית ובמצרים נצטוה עמרם במצות יתרות עד שבא משה רבינו ונשלמה תורה על ידו: *sic erat res in universo mundo usq; ad Abrahamum, cui venienti additum fuit praeceptum circumcisionis (gen. 17. 10.) & ipsemet introduxit preces matutinas. Isac verò separavit decimas & preces addit diurnas. Iacob autem caussatus morem de nervo luxato (nō comedendo. gen. 32. 31.) & precatus est vesperè. In AEgypto postea versantibus, plura praecepta sunt Amramo injuncta; donec tandem sub Mose lex tota consummaretur.* Sed illa septem obligant omnes homines ab Adamo vel Noah natos, ideò victis à victore sub pœnâ mortis impositâ fuerunt. Ead. Hal. c. 8. §. 12. צוה משה מפי הגבורה לכוף את כל באי העולם לקבל מצות שנצטוו בני נח וכל מי שלא קבל יהרג והמקבל אותם נקרא גר תושב בכל מקום ורצוי לקבל עליו בפני שלשה חברים *jussit nos Moses ex ore omnipotentis, cogere omnes mundanos cives, ut suscipiant praecepta filiorum Noe, aut si nolint, eos occidere. Qui autem ea suscipit Proselytus, vocatur Inquilinus, & necesse est ut hoc faciat in praesentiâ trium sociorum (velut testium.)* promittit etiam illa servantibus, locum in paradiso: quo judicio suo (nec jam disputo quam certo.) beniniores sunt aliquibus Christianis, qui proximum in dogmate minuto errantem, mox diris omnibus amathem at q; ant: pietatis rigidi cēsores, suæ nimis securi §. seq. 13. כל המקבל שבע מצות מחסידי אומות העולם ויש לו חלק לעולם הבא והוא ונוהר לעשותן הרי זה מחסידי אומות העולם ויש לו חלק לעולם הבא והוא שיקבל אותן ויעשה אותן מפני שצוה בהן הקב"ה בתורה והודיענו ע"י משה רבינו שבני נח מקודם נצטוו בהן אבל אם עשאן מפני הכרע הדעת אין זה גר תושב ואינו מחסידי אומות ולא מחכמיהם *quicunq; susceperit hac 7. precepta*

aequi, esse id est de fidelibus gentium, habeto, partem in seculo futuro! modò faciat hoc ideò quia DEVS O. M. *præcepit ea Mosi & ante ipsum Noæ: non quia naturalis ratio suadet. talis enim pro vero proselyto habendus non foret.* hactenus de proselytismo, quæ primaria conditio erat, devictis gentibus imponenda: proxima deinde cura regis, ut sibi victori servirent. Servitus autem duo complectitur; ministerium corporis, & fortunarum contributionem: quæ ambo Maym. H. Mel. c. 6. §. 2. sic. expositit: קבלו עליהם הפס ולא קבלו העבדות או׳ לא קבלו העבדות ולא הפס אין שומעין להם עד שיקבלו שניהם והעבדות היא שיהיו נכוים ושפלים לפסוח ולא ירימו ראש בישראל אלא יהיו כנושים תחת ידם ולא יתפנו על ישוב לשום דבר בעולם והפס שיהיו מוכנים לעבודת המלך בנופם וממונם כגון בניין התומות וחוק המצודות ובניין ארמון המלך וכיוצא בו שנ׳ וזה דבר הפס אשר העלה שלמה: וגו׳ *si tributum recipere volunt, at non servitutem; aut hanc sine illo, non audiuntur, donec utrumq; suscipiant. Servitus autem est ut sint humiles nec attollant caput, sed submittant se manibus aliorum. neq; præficiantur ulli officio in Israel: Tributi verò, ut parati sint inservire regi tàm corporibus suis quàm facultatibus, verbi gratia in structura mœniorum, aut sortalitiorum, vel palatii regalis & talium ædificiorum. sicut dicitur* (1. *Reg.* 9. 15.) *de Salomone, tributariorum operas exigente. &c.*

Restat ut in specie de fœminis bello captis disquiramus, de quibus propriam legem tulit Moses Deut. 21. 11. quæ ideò rectius ad hoc Theorema refertur quàm ad præcedens, quia in bellis tantùm spontaneis locum habuit; non in legalibus: ubi omnes occidi jubebantur, nemo captivus servari. quamvis Cananæorum specialis fuerit ratio. R. Salom. Iarch. ad marg. במלחמת הרשות הכתוב מדבר שבמלחמת ארץ ישראל אין לומר ושבית שביו שהרי כבר נאמר לא תחיה כל נשמה: ושבית שביו לרבות כנענים שבתוכה: אלא שהן מו אומות *de bello potestatis scriptura loquitur, nam de occupatione terra Israël dici non potuit.* (*vers.* 10.) *captivaveris captivitatem eius, quoniam pridem jusserat.* (*cap.* 20. *vers.* 16.) *non vivam relinquere ullam omnium, comprehendit tamen etiam Cananæos in specie, quamvis essent de septem populis extirpandis.* Ideò dicunt hanc legem diu non fuisse usitatam. R. Mos. præc. affir. 122. נרסינן בירושלמי דשבת בשם שמואל או׳ לא הותרו בימת תואר יד שנה שבע שכבשו ושבע שחלקו *legimus in Talm. Ierosolymitano Maß. Schabbat. dixisse Samuelem* (*rectorem Academiæ Pombeditanæ*) *pulchras fœminas non fuisse concessas totis quatuordecim annis: scilicet septem quibus subegerunt, & totidem quibus diviserunt* (*terram Canaan.*) Voluit autem DEVS opt. max. ut alibi sæpe, sic in militia quoque populum suum sanctum esse, præcipuè verò vagis libi-

gis libidinibus abstinere, quæ vires animi simul & corporis enervant ideò scorta in castris habere vetuit: secus quàm faciunt capitanei gentium, quorum exercitus aliquando majori turmâ meretricum oneratur, quàm militum. R. Bachai Pars à Ki teze. שורה עמוקה וזונה וכן ענין האשה מן השיחה יבא האדם אל ההסתכלות. ומן ההסתכלות אל ההרהור ומן ההרהור אל המעש. עד שיפול בשוחת הערוה והוא היה ערן הכנענים וישבי הארץ אשר בסבתו הורישם השם ית. משם ואילך באנשי המלחמה היוצאים לצבא אסרתו תורה כדי שיהיה מחנה קדוש ולא יהיו ישראל משולחים בזונות וביתר התועבות כאשר מחנות האומות *foveа profunda meretrix est (prov. 23 27.) & res comparata taliter: à colloquio devenit homo ad consideratione. à consideratione ad imaginationem, ab imaginatione ad contactum, donec cadat in foveam transgressionis. Et hoc ipsum peccatum fuit Cananæorum veterum inquilinorum terræ cuius causa* DEUS *illos expulit inde. Ideò ne in militibus quidem lex id tolerat, volens ut castra Israëlitarum sint sancta, non prostibula in scortationes aut abominationes cæteras, sicut castra gentilium. (quo nomine Christianos, an verè? taxat.)* Ut tamen lex intuitu fragilitatis humanæ, præsertim licentiæ militaris, ad graviora præcavendum aliquid indulgeret statuit certas conditiones, quibus mulier captiva in matrimonium duci posset, & populo duræ cervicis, salutari remedio subsequentis conjugii voluit consultum, si quas fortè aspectu pulchras, ex libidinis impatientiâ compressisset. quatenus autem hoc permissum fuerit, controvertunt invicem Doctores Talmudici, Mass. Kidduschin, pag. 21. b. circ. fin. כביאה ראשונה דכולי עלמא לא פליגי דשרי דלא דברה תורה אלא כנגד יצר הרע כי פליגי בביאה שנייה רב אסר מותר ושמואל אסר אסור *de primo congressu totus mundus non dubitat quin permiserit, non tamen loquitur lex nisi respectu concupiscentiæ pravæ (prævalescentis rationi.) sed ambigunt de congressu iterato. Raf. ait licere, Samuel negat concessum.* ad quæ verba scholiastes in marg. notat ראית בשביה הותרה לו בבה שנתן עיניו בה כשעת שביה אבל נתן מתחלה עיניו בה ולא שלקחה לסוכרה או לשפחה ואחר כך נתן עיניו בה *prædam quamcunq; videt concedit ei lex: intellige tantùm de horâ captivitatis. item si oculos ab initio statim in eâ hoc fine defixit, non si assumpsit ut venderet vel pro ancillâ usurparet; posimodum verò amare cæpit.* videtur itaque legislator id minimè ultrò concessisse, sed tantùm per cõniventiam tolerasse; sicut & polygamiam atque alia quædam, quæ Christus deinde in melius reformavit. præsertim ut vaga scortatio, vitium longè deterius evitaretur. R. Mos. Gerundensis P. Ki teze. לא יתירנה לו רק מפני החשש בהיות יצרו מתגבר עליו *non permisit eam aliter quàm ob cupiditatem nimiam, ubi affectus ejus prædominantur.* R. Mos.

Ægyptius cap. 8. Mel. v 2. צערו אשה בעודה אם תקפו יצרו אבל לא יבעלנה וילך לו אלא מכניסה לתוך ביתו ואסור לבעול אותה ביאה שנייה עד שישאנה: *rem habet (miles Iudæus) cum ethnica muliere, si vicerint ipsum veneris stimuli: At tunc non licet ei discedere & relinquere vitiatam, sed debet illam in domum suam introducere, atq; secundo concubitu abstinere, donec eam legitimè prius duxerit.* Animadversio marginalis ibid. הנה פסק כרב דאמר הכי בירושלמי ודלא כרבי יוחנן דאמר אף בעילה ראשונה לא הותרה אלא אחר כל המעשים: *ecce decisio sententiarum Iudæa est juxta mentem Raf; non juxta R. Iohannem: (cum quo tamen ego sentire honestius putarem) qui primum quoq; congressum negabat esse licitum: nisi post cæteros actus omnes.* Iterumq; Bacha. d. l. ומה שהותרה לו ביאה ראשונה כדי לפייס את יצרו ולא דברה תורה אלא כנגד יצר הרע וכיון ששכח נה אם אין אפשר לו בהתר יעשה ה באסור: ואהב היצר הרע משפין הארם ומחטי או תסיר ובא אליו בדמיון אשת יפת תאר להשעותו ולהכשילו: *quare permisit lex complexum primum? ideo ut sedaret appetitum eius, quia tantùm loquitur de casu concupiscentiæ vehementioris, ubi miles si non potest id quod licet, licere sibi putat quod potest* [& post aliqua interjecta] *Genius ille malus adversatur homini perpetuò, & facit illum peccare, apparens aliquando specie mulieris formosæ ut decipiat ac offendiculum ponat* usque adeò verum est quòd de voluptatũ irritamentis dicit R. Abrah. Seba in zer. hammo. P. K. T. ליבא ועינא תרי סרסורי עבירה *cor & oculos esse proxenetas peccati.* paulò post addens הם מופקרות והם פרוצות בעריות ואין להם בושת פנים ומצחיהם נחושה והולכות בשווקים וברחבות ואצל כל פנה יארבו לצוד נפשות נקיים *filios gentilium puisse prostibula, feroces in turpitudinibus pudore vacuas frontis æneæ, in foro, plateis & quovis angulo insidiantes animabus innocentibus.* Si quis ergò miles, captæ cujusdam pulchritudine fascinatus, nec præditus continentiæ dono, eam subegerat, debuit mox de legitimo appellare matrimonio; sic tamẽ ut ejuratâ prius avitâ superstitione suâ, in religionem judaicam ipsa tránsiret. Maym. Hal. Mel. 8. 6. אחרי שיבעלנה ביאה ראשונה והיא בדעתה אם קבלה עליה להכנס תחת כנפי השכינה מטבילה לשם גירות מיד *postquam cognovit ipsam primâ vice adhuc ethnicam, si vult intrare sub alas divinitatis, baptizet eam ad proselytismum illicò.* Excipiebantur verò sacerdotes, quibus non licebat alienigenam ducere, quamvis cum eâ rem habuissent. Id. §. præc 5. הכהן מותר ביפת תאר בביאה ראשונה דאשכח שלא דברה תורה אלא כנגד היצר אבל אינו יכול לישאנה אחר כך מפני שהיא גיורת: *sacerdoti fas est cum formosâ congredi primâ vice, si concupiscentia prævaluerit (undè verò hanc necessitatem trahabis? Apella?) sed nefas eam postea ducere, quoniam est è gentilismo.* Notetur hîc

tetur hîc quod non puellas tantùm, sed & nuptas hostium, jungere sibi matrimonio potuerint: quia textus non Fœminas vocat, quod sexus nomen esset, sed אִשָּׁה Mulieris appellatione utitur, quod volunt maritatam notare & ad virum referri, quoniam ab אִישׁ derivatur. Bachai ead. pars. K. T. הזכיר אשת בסכיכת דדרשו רו"ל אפילו אשת איש סותר ללקחה *ponit nomen Mulieris in statu constructo* (*nam in absoluto fuisset* אִשָּׁה) *id explicant Magistri nostri p. m. de muliere viri alicuius, quam liceat accipere.* Unde & illud inferunt nescio quàm aptè, gentilibus propriè nulla fuisse conjugia, fortè ut nec bestiarum consociationes matrimonia dici merentur: itaq; pro adulteriô minimè habendũ, si quis uxorẽ hostis bello captam duxerit Maim. H. Mel. c. 8. §. 3. אין אשת יפת תאר סותרת אלא בשעת השביה שנ' וראית בשביה כן בתולה בן בעולה בן אשת איש שאין אישות לנשים וחשקת אתָּם שאינה יפה בה ולא בחברתה שלא יבעול שתים ולקחת לך לאשה שלא יקח שתים ויבעול אחת וניח לאביו או לאחיו: *mulier pulchræ formæ non concessa est nisi in casu captivitatis: ubi perinde est sive virgo sit, sive devirginata, sive maritata viro; quia gentibus verum non est matrimonium* (*ideò pro cœlibe habetur*) *Textus addit* (*Deut.* 21. 11.) si desideraveris eam, *innuens etiam non formosam* (*posse sic duci, modò placeat militi*) *utiturque singulari numero, nè quis fortè plures comprimat, subjungens*: Et accipito tibi, *ne fortè parenti aut fratribus tradat.* Portò si captiva judaicam religionem amplecti nollet, jubebatur ad mensem domo detineri. lex meminit v. 13. יֶרַח יָמִים *lunationis* unius, at Rabini extendunt ad integrum trimestre. H. Mel. 8. 7. צריכה להמתין ג' חדשים חדש של בכיה ושני חדשים אחריו *opus habet expectare tribus mensibus, uno pro luctu, & duobus alio deinceps.* quod sic conciliandum puto, loqui legem de tempore planctus, Rabinos verò de termino nuptiarum. Targum Jonathæ Chaldæi וְתִבְכִּי עַל טָעוּת בֵּית אַבָּהּ וְאִמָּהּ וְתִשְׁתְּהֵי הִלְּת יַרְחִין דִּי חָרַע אֵת חָרָא בְּעִבְרָא *defleat ipsa errorem domus paternæ ac maternæ; tu verò præstolerũ tres menses, ut cognoscas utrum illa sit* (*è congressu primo*) *gravida.* Raf. Alphes Tom. 2. p. 23. a. צריכה להתמין שלשה חדשים להבחין בין זרע שנזרע בקדושה לזרע שנזרע שלא בקדושה: ואלו אם לא התמין האשה אחר בעלה שלשה חדשים אשר שתהא בעובדת מבעלה הראשון ואומרים בנו של אחרון הוא *expectandum est tribus mensibus ut discernatur inter prægnitem sanctam & profanam.* paulo pòst: *si non expectaret trimestri, & contingere ut è priori matito gravida, pareret quem pro filio*

Ægyptius cap. 8. Mel. v. 2. צמל אשה בניותה אם תקפו יצרו אבל לא יבעלנה הילך לו אלא מכניסה לתוך ביתו ואסור לבעול אותה ביאה שניה עד שישאנה: *rem habet (miles Iudæus) cum ethnica muliere, si vicerint ipsum veneris stimuli: At tunc non licet ei discedere & relinquere vxiatam, sed debet illam in domum suam introducere, atq; securdo concubitu abstinere, donec eam legitimè prius duxerit.* Animadversio marginalis ibid. הנה פסק כרב דאמר הכי בירושלמי ודלא כרבי יוחנן דאמר אף בעילה ראשונה לא הותרה אלא אחר כל המעשים: *ecce decisio sententiarum Iudæa est juxtæ mentem Raf; non juxta R. Iohannem: (cum quo tamen ego sentire honestius putarem) qui primum quoq; congressum negabat esse licitum: nisi post ceteros alios omnes.* Iterumq; Bacha. d. l. ומה שהותרה לו ביאה ראשונה כדי לפייס את יצרו ולא דברה תורה אלא כנגד יצר הרע וכיון שחשק בה אם אין אשר לו בהתר יעשה זה באסור: ואלו היצר הרע משטין האדם ומחטיאו ובא אליו בדמיון אשת יפת תואר להשעותו ולהכשילו: *quare permisit lex complexum primum? ideo ut sedaret appetitum eius, quia tantùm loquitur de casu concupiscentiæ vehementioris, ubi miles si non potest id quod licet, licere sibi putat quod potest* [& post aliqua interjecta] *Genius ille malus adversatur homini perpetuò, & facit illum peccare, apparens aliquando specie mulierù formosa ut decipiat ac offendiculum ponat.* usque adeò verum est quòd de voluptatũ irritamentis dicit R. Abrah. Seba in zer. hammo. P. K. T. לבא עבירה ועינא תרי סרסורי *cor & oculos esse proxenetas peccati.* paulò post addens הם מופקרין הם פרוצות בעריות ואין להם בושת פנים ומצחיהם נחושה והולכות בשווקים ורחבות ואלו כל פנה יארבו לצור נפשות נקיים *filios gentilium fuisse prostibula, feroces in turpitudinibus pudore vacuas frontis aneæ, in foro, plateis & quovis angulo insidiantes animabus innocentibus.* Si quis ergò miles, captæ cujusdam pulchritudine fascinatus, nec præditus continentiæ dono, eam subegerat, debuit mox de legitimo appellare matrimonio; sic tamẽ ut ejuratâ prius avitâ superstitione suâ, in religionem judaicam ipsa tránsiret. Maym. Hal. Mel. 8. 6. אחרי שיבעלנה ביאה ראשונה והיא בעיותה אם קבלה עליה להכנס תחת כנפי חשכינה מטבילה לשם גירות מיד *postquam cognovit ipsam primâ vice adhuc ethnicam, si vult intrare sub alas divinitatis, baptizet eam ad prosolytismum illicò.* Excipiebantur verò sacerdotes, quibus non licebat alienigenam ducere, quamvis eum eâ rem habuissent. Id. §. præc 5. הכהן מותר בשפת תואר בביאה ראשונה אבל אינו יכול לישאנה אחר כך מפני שהיא גיורת: *sacerdoti fas est eum formosâ congredi primâ vice, si concupiscentia prævaluerit (unde verò hanc necessitatem probabit? Apella?) sed nefas eam postea ducere, quoniam est è gentilismo.* Notetur hic

tetur hic quod non puella tantùm, sed & nuptas hostium, jungere sibi matrimonio potuerint, quia textus non Fœminas vocat, quod sexus nomen esset, sed אִשָּׁה Mulieris appellatione utitur, quod volunt maritatam notare & ad virum referri, quoniam ab אִישׁ derivatur. Bachai ead. pars. K. T. הוכיר אשת בסמיכות ודרשו רו"ל אפילו אשת איש מותר ללקחה *ponit nomen Mulieris in statu constructo* (*nam in absoluto fuisset* אִשָּׁה) *id explicant Magistri nostri p. m. de muliere viri alicuius, quam liceat accipere.* Unde & illud inferunt nescio quàm aptè, gentilibus propriè nulla fuisse conjugia, fortè ut nec bestiarum consociationes matrimonia dici merentur: itaq; pro adulterio minimè habendũ, si quis uxorẽ hostis bello captam duxerit Maim. H. Mel. c. 8. §. 3. אין אשת יפת תאר מותרת אלא בשעת השביה שנ' וראית בשביה בן בתולה בן בעולה בן אשת איש שאין אישות לנשים וחשקת אעפ שאינה יפה כה ולא בחברתה שלא יבעול שתים ולקחת לך לאשה שלא יקח שתים ויבעול אחת ויניח לאביו ולאחיו: *mulier pulchræ formæ non conceſſa eſt niſi in caſu captivitatis: ubi perinde eſt ſive virgo ſit, ſive devirginata, ſive maritata viro; quia gentibus verum non eſt matrimonium* (*ideò pro cœlibe habetur*) *Textus addit* (*Deut.* 21. 11.) si desideraveris eam, *innuens etiam non formoſam* (*poſſe ſic duci, modò placeat militi*) *utiturque ſingulari numero, nè quis fortè plures comprimat, ſubjungens:* Et accipito tibi, *ne fortè parenti aut fratribus tradat.* Porrò si captiva judaicam religionem amplecti nollet, jubebatur ad mensem domo detineri. lex meminit v. 13. יֵרַח יָמִים *lunationis* unius, at Rabini extendunt ad integrum trimestre. H. Mel. 8. 7. צריכה להמתין ג' חדשים חדש בכיה ושני חדשים אחרין *opus habet expectare tribus menſibus, uno pro luctu, & duobus alio deinceps.* quod sic conciliandum puto, loqui legem de tempore planctus, Rabinos verò de termino nuptiarum. Targum Jonathæ Chaldæi הַבְּבִי עַל טַעֲוַת בֵּית אֲבִיהָ וְאִמָּהּ וְתִשְׁתַּהֵי הִלְּת יַרְחִין דִּי חַרְצָא אֵין חִוְיָא מְעַבְּרָא *deſleat ipſa errorem domus paternæ ac maternæ; tu verò præſtoleris tres menſes, ut cognoſcas utrum illa ſit* (*è congreſſu primo*) *gravida.* Raf. Alphes Tom. 2. p. 23. a. צריכה להתמין שלשה חדשים להבחין בין זרע שנזרע בקדושה לזרע שנזרע שלא בקדושה: ואלו אם לא התמין האשה אחר בעלה שלשה חדשים אפשר שתהא מעוברת מבעלה הראשון ואומרים בנו של אחרון *expectandum eſt tribus menſibus ut diſcernatur inter prolem ſanctam & profanam.* paulo pòst: *ſi non expectaret trimeſtre, poſſet contingere ut è priori marito gravida, parceret quem pro filio*

posteriorū haberent. Interea lex ipsam variè deturpat, jubens abscindere crines, ungues vicissim alere, vestimenta sumere lugubria, & parentes suos deflere. R. Abrah. Seba P. Ki-Teze לפי שבנות הגוים מתקשטות בפנים צהובות ובשער מגולה ושורקות שערן בסרק ושוחקין אותו לשנים ומשימים אותו על הצדעים וכן קולעות שערן מעשה קליעה לעלות ולראות לפני האנשים כענד זה אסר בכאן תלתה את ראשה באופן שלא ישאר לה שער וקליעה וידע דרכי הצניעות כי אפילו גלוי הראש נגאי לבנות ישראל כאסרו בסיפה *quia filiæ gentium se ornantes & faciei nitorem affectantes, capillos incrispant, strigili pectinant, & dispescunt bifariam ad tempora, calamistris intorquentes, ut spectentur ab hominibus: ideò jubet lex captivam abradere caput suum, nec de crispedine pilum relinquere, ut sic humiliata modestiam discat. quoniam vel sola capitis denudatio turpis habetur filiabus Israël, ut dicitur in Taim. tr. Sota.* (*quod lucem affert textui paulino* 1. Cor. 11. *vers.* 5.) aliam rationem comarum detondendarum affert Bachaius Pars. cit. משערותיו של אדם הם כתו וכעין שכתוב אם נלחתי עם סמני כחי *quod hominis capiti contineant robur eius, sicut dicitur* (*de Samsone Iud.* 16. 17.) *si rasus fuero, recedet à me fortitudo mea* (*putat ergò venereas vires una debilitatum iri.*) De unguibus dissentiunt; est enim ambiguitas in hebræo וְעָשְׂתָה אֶת צִפָּרְנֶיהָ *faciat ungues suos,* (*vers.* 12.) Tal. n. Mass. Iesam fa 4. p. 48. a. ר' אליעזר אומר תקץ ר' עקיבא אומר תגדיל א ר' אליעזר נאמרה עשייה בראש ונאמרה עשייה בצפרנים מה להלן הערה אף כאן הערה ר' עקיבא אומר מה להלן ניוול אף כאן ניוול וראיה לדברי ר' אליעזר ומסיבשת בן שאול ירד לקראו המלך לא עשה רגליו *R. Eliezer ait significare idem quod* præcidat. *R. Akiba inquit, crescere* (*nat. R. Eliezer sic argumentatur, quæ est ratio capillitij, eadem quoq; ungularum? at illud auferri jubetur, ergò & hæc. R. Akiba subsumit aliter, at illud fit ad abhominationem ergò & hoc ad deturpationem fieri debebit. R. Eliezer affert demonstrationem è scripturâ* (2. *Sam.* 19 24.) *Mephiboscheth filius Saul descendens in occursum regis, non fecerat pedes suos* (*h. est. ungues præciderat.*) *nec fecerat myſtacem ſuum.* (*h. e. totonderat*) *en facere usurpatur pro auferre!* Targū Jonathæ redd. תְּצַבֵּי יַת טִמְרַרְהָא quod itidem ince tum est quid significet Cl. Dn. Buxtorfius junior in Lex. hald. *præcidendi* sensu exposuit: at ego pace Amici, contrario *nutriendi* sensu accipe, mallem quia non tantùm glossator marginalis לשון גדול *significationē incrementi* explicavit, sed etiam alter paraphrastes chaldæus Onkelos תְּרַבֵּי *h. e. multiplicet vel augeat* interpretatus est, adeoque totus contextus non ornatum sed deturpationem innuere videtur. R. Nathan baal-Aruch Rad. שם tribuit hoc Ierosolymitano

tano Targum; quod cum in eo desit, suspicor Jonathæ traductionem illo nomine insigniviſſe. notavit hoc ipſum Elias in ſuo Methurgeman, non extare in impreſſis R. Abraham exiſtimat reſpexiſſe legem ad mores gentium, qui ungues vario colore tingere ſint ſoliti, in ſuo Zer. ham. d. l. לפי שבנות הגוים מתקנים צפרניהם של ידיהן ורגלן וצובעים אותן בסוג צבע כמנהג הישמעאלים שיהיו ידיהן שינוי ויסתכלו בהם ויקחו ידיהן וישמשו בהן ער שנדלק אש של נהנם ויצר הרע לזה אסר ועשתה את צפרניה שתגדלם בלי תיקון ובלי צבע *quia filiæ gentium adornant ungues manuum & pedum ſuorum, tinguntq; variis ſpeciebus colorum, ad morem Iſmaëlitarum, ut ſit in manibus pulchra varietas, quam conſiderantes (amaſij.) prehendunt eas & tàm diu palpant, donec exardeſcat ignis infernalis malæ concupiſcentiæ: ideò jubet lex captivam ungues alere negligenter abſq; curâ vel picturâ.* R. Bachai altius philoſophatur, & in recordationem lapſus humani factum putat. l. c. שיחשוב במעלתו של אדם הראשון קודם שחטא שהיה מלבושו צפורן *ut cogitet de præſtantiâ primi hominis Adami, cuius veſtis antequam peccaſſet erat inſtar unguis (colore corneolum referens: unde adhuc dum ineunte Sabbatho Judæi ungues ad candelam contemplari ſolent, admurmurata precula, vid. Minhag. f. 3.)* Quod veſtitum captivæ attinet; erat & ille ad deformitatem accommodatus, ut ſic omnia libidinum incitamenta tollerentur. Idem Bach. ibid. אולי תוך הזמן הזה יתנחם הדושק ויעבור משקו מעליה בראותו אותה מתגוללת בגולת הראש ובגידול צפרניה ובלבישת בגדים של שביה כי כבר הסירה הבגדים הנאים שעליה אשר באה עמהם ובראותו אותה בוכה ומצטערת ישלחנה לנפשה *fortaſſe intra hoc ſpatium temporis pœnitebit amantem, & ſedabitur appetitus eius; dum videt deturpatam raſo capite, unguibus prominentioribus, indumento viliori quali eſt captivorum, poſtquam pulchras veſtes in quibus veneratur depoſuit; item ſi cernit flentem & ſemet affligentem, facilius eam dimittet.* Iterumque Sebad. l. לפי שבנות הגוים מתקנות עצמן בבגדי משי וארגמן שש ורקמה לפתות ולהטות האנשים בהם כאמרו וכרם ענבים סיחה לזה אסר והסירה את שמלת שביה ותלבש בגדים אחרים מבלויי סחבות וגוזה לא תקבל בשת אחר שאינה צריכה לאלות חוצה והיא יושבת מסוגרת בביתו *quia filiæ gentium exornant ſe veſtibus holoſericis & purpureis, & byſſinis & acupictis; ſicut (de ornatu Meſſiæ gen. 49. 11.) dicitur, vpetimentum ſuum in ſanguine uvarum lavant, ut alliciant & incitent viros: ideò juſſit lex captivam veſtes pretioſas amovere, ac vetuſtate detritas (Ier. 38. 12.) induere, quia permutatione (privatim tantùm) non publicè dehoneſtatur, quia nunquam egreditur foras, ſed domi ſedet concluſa.* De fletu dubium movet, non necessarium; aliqui ad literam accipientes, exiſtimant veros parentes

rectiones juſſam: alij verò allegorizãtes, Idola ſua deflere, avitamq; ſuperſtitionem. R. Bach. loc. ſæp. cit. הטילה עליה תורה משפט אבלות שהיא שלשים יום כדי שתעשה חיובה באביה ואמה אם שכנה בהם שנהרגו בעודנה שבית כי האדם יתחייב לכבד אביו ואמו בחייהם לאחר מיתה *præſcribit ipſi lex modum luctus qui eſt triginta dierum, ut ſolvat juſſa parentibus, cum audit eos occiſos eſſe. tenetur enim homo, non in vita tantum patrem & matrem honorare* (Exod. 20. 12.) *ſed & poſt mortem eorum.* Bar. Nachman ad h. loc והרב אמר במורה הנבוכים לחמלה עליה שתמצא מנוח לנפשה כי יש לעצבים מנוח והשקט בבכייתה ואבלם: *Magiſter* (*intelligit Rambamum.*) *in libro* More hanne fuchim (*h. e. doctore perplexorum, quem Arabicè ſcripſit*) *ait, jubere hoc miſericordiæ cauſa,* (*non tàm ob occiſos parentes, quam*) *ut ipſa reperiat quietem eſt enim dolentibus aliqua conſolatio vel recreatio, ab ipſo plangendi actu.* Mikoz. pr. aff. 122. נחקו שם התנאים בפ' החולץ *diſſentiunt in hoc doctores noſtri, in capite Hacholez.* quia fieri potuit, ut ipſa parentibus in juventute ſtatim orbata, pridem ambos defleverit. huic caſui aliam interpretationem quærunt, nè legis juſſum tunc videatur fruſtraneum. Talmud. M. Iebam. fol 48. fac. b. ר' אליעזר אומר אביה ואמה מפני מה אמה ממש ר' עקיבא אומר אביה ואמה זו עץ וכן אומרים לעץ אבי אתה: וגו' *R. Eliezer ait, Pater ſignificat patrem ſimpliciter & Mater matrem. R. Akiſa inquit, parentes hoc loco notant Idola. ſecundum illud* (*Ierem. 2.*) *dicentes ligno, tu Pater meus es, & lapidi tu me genuiſti!* Bachai. l.d. לפי המדרש הזה היה זמן ירח מפני שהוא כלל כל ההקפים הקף היום השמשי והקף ז' כוכבי לכת לשבעה שמי השבוע והקף החדש הירחי אביה רמז אל השמש ואמה אל הירח והאחין לרבות הכוכבים: *ſecundum hanc expoſitionem dedit ei tempus menſtruum, quod complectitur omnes periodos* (*ſuperſtitionis gentilitiæ ſcilicet circuitum ſolis diurnum, revolutionem dierum hebdomadu pro numero ſeptem planetarum, deniq; menſem lunæ. Sic ergo Pater ſolem mater lunam, fratres ſtellas notant.* (*ut gen. 47. 9.*) Hactenus de latibulo captivæ & conatu eam convertendi. Quod ſi verò ad Iudaicam religionem poſt experimenta hæc omnia tranſire tamen noluiſſet, coacta fuit ad ſeptem præcepta filiorum Noæ; ſed à nemine Iudæo in thalamum recepta: quia nefas habitum è proſely te à nõ totali filios ſuſcipere. Maym. H. Mel. cap. 8. §. 9. לא רצה להתגייר עסה שנים עשר חדש לא רצתה מקבלת שבע מצות שנצטוו בני נח ומשלחה לנפשה והרי היא ככל הגרים התושבים ואיני נושאה שאסור לישא אשה שלא בתגיירה *ſi Iudaiſmum ampleƈti recuſat, volũtantur cum eâ duodecim menſes* (*h. e. tamdiu expectant.*) *ſi nondum vult, imponuntur ei ſeptem præcepta, qua poſteri Noa ſunt injuncta, & dimittitur*

mittitur liberè. tūc accenſetur proſelytis incolis ſed à nemine ducitur: quia impium eſt jungi matrimonio pagano (nondum Catechumeno.) In tali caſu recipſe pro ancillâ retinere potuit, quam ſemel compreſſit; nec alijs ad quæſtum divendere: ſed debuit eam impunè ac liberaliter quâ vellet dimittere. §. præc. 8. אם לא חפץ בה משלחה לנפשה ואם מכרה עובר בלא תעשה שנ׳ וסכר לא תמכרנה נכסף ואם מכרה אינה יוצאה מכורה וסחוב הדמים *si non placet, dimittat eam gratis ad voluntatem ſuam, qui enim vendit peccat contra prohibitionem legis (Deut. 21.14) nequaquam vendas eam argento, neq; negotietur illâ. imò tunc verè vendita nó eſt, quia pretiū emptor reſtituere tenetur.* Mizo gad pr neg. 233. אם ככש אותה אהר שנבעלה לשם שפחה משישתמש בה לקה שנ׳ לא התעבור בה ופירש ובו שלמה בשם ר׳ משה הדרשן שכן בלשון פרסי קוכין לעבדות ושימוש עסרא *ſi poſt concubitum cogit eam ad ſervitium, vapulat: quia dicitur (Deut. ibid.) non proſtituas illam ad quæſtum. ſic enim R. Salomo (Larchi.) nomine R. Moſis haddarſchan (h. e. concionatoris) exponit etymologiam vocis* עסר *ex uſu linguæ Perſicæ.* Gerundenſ. ſ'h. l. תתעסר הוא כמו תתאסר מלשון יתאסרו כל פועלי און וכולם רממות ונדולת האפרה ונגזרו מן בראש אסיר ויקראו בערבי האדון אסיר ושמוש העין והאלף כאחד סורגל כגון פרעהו סרדת שחת *obſcura vox textus* תִּתְעַסָּר *eſt quaſi per Aleph ſcripta eſſet, ac ſignificat grandiloquentiam, ut in illo (pſalmi 94. verſ. 4.) ſuperbè prædicabunt ſe operatores iniquitatis: deducto ab* אָסִיר (*quod legimus Eſai. 17. 6.*) *& ſummitatem rami vel frondis notat. Apellant etiam Arabicè Dominum vel Herum hoc titulo. Et ſolennis eſt permutatio gutturalium literarum* אע *velut in hoc dicto (Iobi 33. 24) redime ipſum nè deſcendat in foream.* Oritur hinc quæſtio cuiuſnam ſit filius ex impregnatâ paganâ poſt dimiſſionem natus? Hebræi Iureconſulti patris eſſe negant; aſſerentes ventrem ſequi, & à Synedrio publicè baptizari. H. Melach. 8.9. נתעברה מביאה ראשונה הרי הולך אינו בנו לדבר מן הדברים שפני שהוא מן הגיה אלא בד מטבילין אותו על דעתם *è gravidâ de primo concubitu naſcitur proſelytus, qui non habetur pro filio gignentis, quia eſt ex Ethnicâ: verùm ſenatus illum decreto ſuo (ad proſelytiſmum) luſtrari curat.* Aiunt tamen experientiâ comprobatum, quod tales filij plerunque ſint degeneres, refractarij & aliqua labe notati. præc. affir. centeſimo vigeſimo ſecundo. סימן להולידו בן שהוא בן סורר ומורה לכך נסמכו הפרשיות הללו *eventus eſt (militis gentilem in bello impregnantis.) ut*

gignat filium rebellem & inobedientem. Ideò scriptura statim subjungit legem de talibus dilapidatoribus lapidandis (Deut. 21. vers. 18. & seqq.) Medrasch Tanchuma, quod à formulâ docendi crebrius repetitâ *Ielammedenu* Cognominant, sup. h. loc. תניא ר' יוסי אוכל בן סורר *tradit R. Iose, talis filius devorat selibram carnis, & epotat medium Log. vini. (h. e. quantum tria circiter ova continerent: quod Bacchi nepotulo hodie parum effet, at olim severioris disciplinæ seculo, in tenellis temperantiæ candidatis nimium censebatur atq; futuri Helvonis præsagium tyrocinium: confer. Cl. quond. Drusij notas ad h. l. Deut.)* Confirmant hoc etiam exemplo liberorum regis David, Absalomi & Thamaræ; quorum ille patri insidiatur. 2. Sam. 16. 10. concubinis eius abutitur. c. 16. v. 22. ideò violentâ morte perit. c. 18. vers. 14. hæc verò incestum à fratre passa. c. 13. vers. 14. fratricidio præbet occasionem. vers. 28. Fuisse autem ambos è captivâ matre oriundos, tradit præter alios R. Dav. Kimchi in not. ad Sam. תמר בת יפת תואר היתה כמו שאמרו רבותינו ז"ל והראיה כי לא ינענע פסך והיתה אחות אבשלום מאמו כי מעכה אמו של אבשלום לקחה דוד בסלחמה ושכב עמה קודם שנתגיירת ומעכת נתעברת מדוד בביאה ראשונה בעודה גויה ואחר כן נתגיירת ונשאה דוד לאשה וילדה לו אבשלום ותמר *Thamar è formosâ captivâ erat orta, ut tradunt nostri doctores p. m. quo alludunt verbâ (vers. 13.) non denegabit me tibi. fueratq; soror Absalomi è matre Maëcha (filiâ Talmai regis Gesebur. 2. Sam 3.3.) quam ceperat Davides in bello, & cum eâ dormiverat antequam proselyta fieret. è quo primo congressu impragnata est, adhuc in gentilissimo existens. Iudaizatam postea duxit rex in uxorem; tunc peperit ei Absalomum. Ideò autem Amnon eam sororem vocat (blandè allocuturus. c. 13. vers. 11.) quia è communi patre David suscepta erat.* Inde disputant Rabini, utrum verè incestus fuerit, an stuprum? & num Amnon ille Thamaram in legitimum thorum cooptare potuerit, nec ne? Maymon cum multis, affirmat licuisse in matrimonium ducere, quæ verè soror non fuerit: quia paganæ partus ventrem sequitur ut supra dictum, & patri non accenseatur. H. Mel 8 9. תמר מניאה ראשונה של יפת תואר היתה אבל אבשלום נולד מאחר הנישואין נמצאת תמר אחות אבשלום מאמו ומותרת להנשא לאמנון וכן היא אומרת דבר נא אל המלך כי לא ינענע פסך *Thamar è primo & unico concubitu formosæ nata, sed Absalon ex eâdem jam nuptâ regi.* Ahinoam — DAVID — Maëcha
erat ergò illa hujus soror è matre. (vides hic patru rationem non haberi!) | | | |
concessa ergò in conjugium Amnoni, Amnon Tamar Absolon
sicut

ficut ipsamet ait (vers. 13.) loquere quaso cum rege, non ut mē tibi prohibebit. Contra R. Johannes negat concessam, quod hæc tantùm elabendi causa dixerit: nisi è priori marito gentili conceptam fuisse probetur. Mik. pr. aff. 122. אבל לדברי רבי יוחנן תימה היאך הייתה מותרת לאמנון כיון שלא הולידה דוד עד אחר שנתגיירה אמה הרי היתה אחותו נמורה וצריך לומר שלא היתה בתו אלא היתה בת אשתו מן הגוי קודם הטלחמה ומה שכתוב כי כן תלבשנה בנות המלך מעילים לפי שגדלה עם בנות המלך אומר כן או שמא בא דוד אל אם תמר בצנעה קודם המלחמה והוליד ממנה תמר כי קודם בית דינו של חשמונאי היתה גויה מותרת בצנעא *Rabi Iochannan miratur quomodo licita fuerit Amnoni, siquidem David eam genuerit post proselytismum matris; unde verè fuisse sororem oportet, itaq; dicendū est nō fuisse filiam eius, sed filiæ uxoris è priori marito gentili susceptā ante bellū. Objicit (è vers. 18.) vestitam tunicâ variegatâ instar filiarum regis! resp. factum esse quòd educaretur unâ cum filiabus regis in aulâ. Quid si Davides ad matrem eius accessisset ante bellum? nā ante senatus consultum Hasmonaicū, gentilis concessa erat, certa moderatione. (quod non facile crediderim: alias hanc Iohannis sententiam alteri præferens; quia & in nostro jure Romano servilis cognatio nuptias impedit. l. si uxor. 6. illud. Instit. de Nupt.)* Ultimus casus erat, ut si qua nullis persuasionibus ab avitâ superstitione vellet discedere, occideretur. M.H Mel. 8. 10. יפת תואר שלא רצת להניח עבודה זרה אחר שנים עשר חדש הורגין אותה *formosa quæ nullo modo vult relinquere cultum idolorum, post duodecim menses interficitur.*

Theor. XVIII.

In utrisque servans disciplinæ militaris.

UT in pace magna vis est boni regiminis, sic in castris tantam multitudinem Rex cohercere non posset, nisi disciplinam militarem severissimè tueretur. ad quam & illud pertinet, ut exercitum in classes ordine distribuat, singulisque viros strenuos præficiat, qui hanc disciplinam unà conservare juvent. Sunt autem officia ad utorum varia. primarium fuisse videtur Sacerdotis castrensis, qui hoc nomine specialiter unctus erat, ut cohortatione suâ universo exercitui animos inderet; cæteros autem qui ab assendi privilegio gauderent sole niter dimitteret Mik. p. aff. 120. & distinctius R. Mos. b. Maym. H. M. l. init. c. 7. מבנין כהן לדבר אל

יסון לדבר אל הנקרא משוח מלחמה שני פעמים מדבר אל העם אחת בספר בעת שיוצאין קדם שיערכו המלחמה אומר לעם מי האיש אשר נטע כרם וגו׳ ואחת בעורכי המלחמה אומר לעם אל תיראו ואל תחפזו : וגו׳ *Ordinant sacerdotem qui loquatur ad populum emporte belli, eumq; ungunt oleo sacro (eodem quo ipsum regem, supr. Theor. 1111.) & is est quem vulgò appellant Masehuach h.e. unctum belli. Eius officium est bis alloqui populum; semel è libro, cum exeunt, jubet ædificantes, plantantes &c domum redire (Deut. 20. v. 5. 6. 7.) iterum, quando acies instruitur vetat eos quicquam timere (vers. 3.)* Adjungebatur tamen ipsi sacerdos vulgaris vo e pollens, & alij precones, qui hæc ipsa quæ diceret cominus audita, singuli suis cohortibus repeterent eminus & latè diffusis. Ibid. בעת שיערכין המערכות והם קרבים להלחם משוח מלחמה יסיר במקום גבוה וכל המערכות לפניו ואומר להן בלשון הקדש שמע ישראל אתם קרבים היום למלחמה על אויביכם אל ירך לבבכם וגו׳ ומהן אחר התחיל משמיע אותו לכל העם בקול רם ואחר כך סדרי משוח מלחמה מי האיש אשר בנה או נטע או ארש וגו׳ והשוטר משמיע לכל העם בקול רם ואלו מדבר השוטר מעצמו ואו׳ מי האיש הירא ושוטר אחר משמיע לעם ואחר שחוזרין כל הפטורין מתקנין את המערכות ושוקדים שרי צבאות בראש העם ; *tempore quo aciem formant & ad prælium se parant, consistit unctus belli loco editiori, ut omnes in conspectu habeat, atq; clamat hebraicè (Deut. 20. 3) audiò Israël, appropinquatis nunc pugnæ contr.: hostes vestros, nè teneresc at cor vestrum &c. quia Dominus vobiscum &c. hoc ipsum sacerdos alius priori substitutus divulgat populo, voce quantum potest Clarissimâ. postea unctus iterum loquitur: (vers. 5. 6. 7.) quicunq; domum ædificavit, vel vineam plantavit, vel uxorem duxit, revertatur; &c. (quod præc. Theor. explicatum) id præfectus quidam populo clarè repetit. Mox idem præfectus prose loquitur (vers. 8.) quicunq; timet, revertatur &c. id alius præfectus ingeminat. Sic ergò dimissis omnibus quotquot immunitate gaudent, ordinantur reliqui in phalanges, & singularium frontispiciis sui præponuntur capitanei.* Ad rant quoque lictores cum securibus, qui fugere conantes in stationem suam retroágerent, vel trucidarent pugnare nolentes. Mikoz ibid. מעמידים זקפים לפניהם ולאחריהם וכשילון של ברזל בידיהם וכל מי שמבקש לנוס הרשות בידו לקפח ולחתוך את עוקבו שהתלת נפילה ניסה ואותם זקפים הן בני אדם העומדים בקצה המערכה לזקף הנופלים ולחזק ברברים *constituunt Erectores abante & retro, qui ferreas clavas manibus tenentes, potestatē habent ferendi, aut crura comminuendi omnibus qui pugnam subterfugiunt: quoniam cladis initium est fuga. Illi homines in aciei extremitatibus dispositi, Erectores vocantur, quia simul erigebant cadentes &* verbū con-

ferta-

fortabant. Porrò notabile est quòd urbem obsessuri, non circumquaque illam cingere sint soliti, sed spacium relinquere quâ cives elaberentur: ut aliquis fugientibus aureum pontem struendum esse dixit, ne ex desperatione animos recuperent. Mel. 6. 9. ex Siphri. כשצרין על עיר לתפשה אין מקיפין אותה מד' רוחותיה אלא משלש רוחותיה ומניחין מקום לבורח ולכל מי שירצה להמלט על נפשו שנ' וישבו על פרזן כאשר צוה ה' את משה כפי השמועה למדו שבכך צוהו: *cum obsident urbem ut eam capiant, non cingunt ab omnibus quatuor lateribus sed tribus tantùm, relinquentes spacium fugienti, cuicunq; animus est evadere. sicut dicitur (num. 31. 7.) militarunt adversus Midian, quemadmodum præcepit Dominus Mosi, ex orali Kabalâ didicerunt, hoc modo præcepisse.* ut sic etiam humano sanguini parcerent, cujus effusio nuspiam vilis haberi debet: unde illud obiter æstimari datur, multò minus adortos esse hostem per insidias, nec usos strategematibus dolosis, sed ubique rem fide bona gessisse: parùm generosè vinci putantes, qui fraudibus circumveniantur, & nihilo honestiùs ac si quis eos veneno clanculum immisso tolleret. De arboribus frugiferis quæ obsessam urbem circumstant; extat specialis lex Deut 20. nè quis easexcindat: quod etiam extra casum obsidionis prohibitum; sicut & omne nocumentum illis quomodocunque illatum. Ibid. §. seq. אין קוצצין אילני מאכל שחוץ למדינה ואין מונעין מהם אפת המים כדי שיבשו שנ' לא תשחית את עצה ולא בצר בלבד אלא בכל מקום כל הקוצץ אילן מאכל דרך השחתה לוקה: *non truncant arbores cibiferas quæ sunt extra urbem, nec prohibent inde fidelitatem (hoc est irrigationem) aquarum ut exarescant, quia dicitur (vers. 19.) non disperdas lignum eius, impellendo securim. Idq; non tantùm in obsidione, sed & quovis loco, quicunq; præscindit arborem hoc fine ut eam corrumpat, verberatur.* Excipiunt casus aliquot. si vel in bello latibula præbeant sagittariis, Præc. Negat. 229. פירש רבינו שמואל כי זה כמו אלא כלומר אלא אותו עץ מאכל שהאדם יכול לבוא שם בין האילנות מפניך במצר ולרות בחיצים מבין האילנות אותו עץ אתה מותר לכרות רק עץ אשר תדע כי לא עץ מאכל אותו תשחית *explicat magister Samuel, vocem textus* כִּי אִם *positam esse pro* אלא (*vers. eod. quasi diceret lex: illas arbores inter quas homo quispiam latere potest, & tutus ab oppugnatione tela ejaculari exinde, illas excindere licet: potius illas de quibus certò constat non esse frugiferas.* vel in pace, colono non ferant quod operæ pretium sit; aut impediant stirpes alias: itaque lignum utilius in fabricas adhiberi possit. Ibid. & Mel. 6. 11.

S 3

כלי אילן סרק מותר לקוץ אותו ואפילו אינו צריך לו וכן אילן מאכל שהזקין ואינו עושה אלא דבר מועט שאינו ראוי לטרוח בו מותר לקוץ אותו וכמה יהא הוית עושה ולא יקוצנו רובע הקב וחיס ואסרינן בפרק החובל דקלא דשען קבא תמרין אסיר למקציה ואם היה מעולה בדמים לבניין מלפירות יותר ואם היה מזיק אילנות אחרות כשהשרשים מכחישים את הנפנים ביניקותם צוה שמואל לקצץ *omnem sterilem truncare licet, quamvis eâ non indigeamus. etiam fertilem quæ fructus affert noxios, aut nimiâ pascos, fatigatione tantanon dignos. quantum igitur olivæ ferre debet ut securâsit securis? quadrantem Kabi (h.e. sex ovorum pondus.) capite Hachobel (octavo Babæ prioris in Talmud.) palmam quæ oneratur Kabo dactylorum (quem 24 ovis æstimant.) nefas est excindere. At si pretium ligni ad ædificia utilis, exsuperet fructus; aut arbor arboribus vicinis obsit, vel radices eius (in vineto) vitium incrementa & propagines impediant, jubet eam R. Samuel truncare.* Alias in genere nihil perdere licet quod sit alicuius utilitatis, nullam suppellectilem, vasculum nullum, imò nè aquas quidem prodigere: fecus quàm solent hodie furiosi milites, qui in urbium direptionibus vina etiam generosissima, pertusis dolijs in cellas effundunt, quasi magna strenuitas sit hæc petulantia. Ibid

ולא האילנות בלבד אלא כל המשבר כלים וקורע בגדים והורס בניין וסותם מעיין ומאבד מאכלות דרך השחתה עובר בלא תשחית ראינו לוקה אלא טכת סרדית נרסינן בקדושין פ"ק רבה בר רב הונא קרע מאניה באפיה דבריה לסחוי אי קפד אי לא קפיד והא קעבר משום בל תשחית ונרסינן בשבת פ' מפנין רבא בקעיה ליה ספסל אחת לעשות לו אש להתחמם אל אביי והא קעבר מר אל בל תשחית הנאמי עדיף בפ' החולץ א"ר יוסף לא ישבור אדם מי טורו ואחרים צריכין להם ואם אדם משחית שום דבר להטיל איסה על בני ביתו כדי שיראו מפניו ויהיה שלום בביתו מותר ששכר הטלת יראתו מרובה על השחתתו בשל פ' האורג רב ששת שדי מיניה ארישא לאסתיה רב הונא *non arbores tantùm: sed quicunq; frangit vasa, rumpit vestes, demolitur ædificium, obturat fontem, perdit ciboria, & facit hæc ut inutilia reddat is peccat contra legem* (Deut. 20.19.)

NE DISPERDAS. *vapulat etiam, non quidem ex lege, sed additionibus legiperitorum, in pœnam contumaciæ. Legimus cap. 1. Kiddushin, quòd Rabba bar-Hona diffregerit vasculum in facie filij sui, ut experiretur an irritabilis esset nec ne? sed ecce peccavit! legimus etiam in Mass. Schabb. cap. 18. eum finderetur sella quapiam pro igne fovendo, quo se Raba calefaceret, culpasse hoc Abaium sed responsum audisse: prohibitionem Nè disperdas attinere tantùm res pretiosas. At in cap. 4. Iesam. inquit R. Iosephus: nè aquas quidem cisternæ suæ quisquam effundat; cum illu indiguerint alij. Excipe, licet aliquid confringere, quando domesticis terror incutien-*

incutiendus est propter obedientiam; ubi merces reverentiæ superat rei perditæ jacturam. sic in M. Schabb. c. hazoreg. R. Schefchat projecit vasa convivij post ancillam. R. Hona fregit operculum urcei. R. Iehuda strinxit infundibulum. Antequã hinc digrediar, admoneo esse in hac lege difficultatẽ hebrææ phraseos. nam si ad verbũ interpreteris כִּי הָאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה *quia homo est lignum agri*, proh DEUM quænam sequeretur absurditas! num putabimus arbores humanis animabus præditas, eapropter sauciari prohibitas esse? quidam gigniendi casu exponunt: *hominis est lignum vel arbor.* at prorsus contra linguæ genium. Alij interrogativè accipiunt: *an homo est arbor?* sed hanc significationem voculæ כִּי probare nequeunt. Nonnulli allegoriam venantur: *homo est quasi arbor*, qui fructum pietatis ferre debet at hoc ab instituto alienum. Chaldæus Onkelos negativè reddidit לָא־בְאִינְשָׁא אִילַן חַקְלָא *non instar hominis est arbor campi*, quod videtur audacius factum. R. Salom. Iarchi cum supradicto Samuele colludit, *quia per fortasse* exponens. R. Abrah. Aben Ezra sententias aliorum ventilat, postea suam dicit כבר ביארתי בספר היסוד כי יתכן בכל לשון לקצר לאחוז דרך קצרה כמו חסור לחם רק מלת לא לא יתכן לחיותה נחסרת כי הטעם יהיה להפך ומדקדק גדול ספרדי אחר כי חסר הא וכן הוא הכי האדם עץ השדה וזה הטעם איננו נכון בעיני כי מה טעם לאסור לא תשחית עץ פרי כי איננו ככני אדם שיוכל לברוח מפניך ולפי דעתי שאין לנו צורך לכל זה וזה פיר ושו כי סבנו תאכל ואתו לא תכרות כי האדם עץ השדה והטעם כי חיי בן אדם הוא עין השדה וכמו הוא כי נפש הוא הובל כי חיי נפש הוא הובל *pridem demonstravi in tractatu fundamentali* IESOD, *congruere linguis omnibus, ut usurpent locutiones elipticas* (*compendia sermonis*) *verbi gratia* (1. Sam. 16. 20.) *Asinus panu* (*pro, pane onustus*) *verum ut negandi particula deficiat, id minimè congruit, quia sensus efficeretur omninò contrarius. Grammaticus quidam magni nominis Hispanus ait, in voculâ* כִּי *deesse literam* ה *ut sit* כִּיהּ *scripta* (*quod* Ita *significat.*) *at neq; hoc quadrat me judice: quis enim sensus esset, vel quæ causa dicendi: nè disperdas arborem frugiferam, quia non est instar filij hominis qui fugere possit à facie tua mihi videtur omnibus hoc apparatu nil opus, sed hanc esse simplicissimam interpretationem: quia inde vesci potes, non disperdas. nam hominis vita est arbor agri* (*alimentum inde proveniens, transmutatur in corpus & substantiam hominis.*) *perinde ut* (*infra c. 24. vers. 6.*) *pignus anima hominis dicitur, h. e. animæ vita* (*quo sustentatur.*) Hactenus de hostili actu: nũc de naturali necessitate in castris, cujus præcepta scribere quia Legislatorem non puduit, neque tu verecunde Lector offenderis, si

ea institvti occasione breviter explicavero. Deut. 23. prohibentur Judæi milites castra sua vlis sordibus commaculare, quæ Deus ipse præsentiâ gratiosâ cohonestet: jubentur verò, cum ventre urget exire, quicquid hujus est clam in scrobiculum exonerare super ingestaque humo tegere. Hal. Mel cap. 6 §. ult. & R. Mos pr. aff. 19. אסור להפנות בתוך המחנה או על פני השדה בכל מקום אלא מצות עשה לתקן שם דרך פיחות ומקום אחד מחוץ למחנה להפנות בו אנשי המחנה כדי שיהא המחנה נקי ואף לקטנים שנ' ויד תהיה לך וגו' וכן מצות עשה להיות יתד לכל אחד ואחד תלויה אם כלי מלחמתו שילך במקום ההוא ויחפור באותו יתד ונמצא אחד לצאת בה ויחזור וכסה שנ' ויתד תהיה לך על אזנך וגו' בין שיש עמהן ארון ובין שאין עמהן ארון כך הם עושים תמיד שנ' והיה מחנך קדוש: *nefas est evacuare corpus intra fines castrorum, aut in conspectu campi patentis: sed jubet lex ordinare viã peculiarem, ad locum extraneum, ubi milites se purgent; ut ipsa castra sint munda, etiam ab excrementis parvulorum. sicut dicitur (vers. 12.) Spacium habeas extra &c. Similiter præceptum est, ut quilibet clavum habeat, suspensum una cum armis suis, quæ effodere posit scrobem pro egestionibus, & rursus terrenum operimentum accumulare. sicut dicitur (vers. 13.) paxillum habeas super Zonam tuam &c. sive tunc arca fœderis adsit castris, sive absit inde sicut dicitur (vers. 14.) quia Dominus est tecum, castra sunto sancta, nec appareat ulla turpitudo &c.* Putantque nefas esse recentem cibum ingerere prius quàm alterius reliquiæ sint egestæ: quo illud Lev 26. 10. detorqu nt יָשַׁן מִפְּנֵי חָדָשׁ הוֹצִיאוּ *vetus pra novo educetis.* Secretiorem hanc ethicam prolixius tractavit R. Jacob ben Aser in Orach chayim, sect. 3. docens suos quid ante precari debeant, quàm altè nudari, quantum à conspectu hominum elongari, quas in plagas se vertere, utra manu abstergere & quali absterforio uti. Ignoscite boni Lectores, si & inde moralia quædam exscripsero, quantum honestas patitur; ut vel hinc etiam gentis, pudorné dicendus an superstitio? appareat כשישב יכוון שיהו פניו לדרום ואחוריו לצפון או איפכא אבל לא ישב בין מזרח למערב ופיהו דוקא כשנפנה מגולה אבל במקום שיש מחיצ כנגד בית הכסא שבבית אין צריך לדקדק וכשנפנה בשדה אם הוא אחורי הגדר יפנה כדי ובנקעה יתרחק עד מקום שלא יוכל חבירו לראות את פירעונו ולא יאניס להחזו עצמו יותר מראוי ויקנח ביד שמאל ולא בימין ולא יקנח בחרש משום כשפים ולא בעצמים יבשים ולא בצרור שקנח בו חבירו ויפנה בצניעות בלילה כדרך שעושה ביום ולא ישתין בעופר שלא יהנו נצוצות על רגלון אם לא שיעמיד במקום נכה וישתין במקום נסוך: וכו' *sedens attendat ut facies dirigatur in austrum & posteriora in septentriones, aut contra: minimè verò ad orientem (quo versus*

ßus

spiciunt orantes) vel adoccasum idq; cum primis observandum in patento loco. At in latrinis edium, (ubi exedræ tales à plateis aversæ, pro ædificandi commoditate locantur.) nihil opus est sollicitâ corporis dispositione. sic & in campo juxta sepem, subtilis electio locum non habet. In valle tantùm elongetur ab hominibus, nè quis ejus nuditatem conspiciat (id si rex Saulus, in spelunca pedes tecturus observasset, non amisisset oram vestimenti. 1. Sam. 24. v. 4. 5.) non cogat seipsum ultra posse. nec abstergat manu dextrâ (quâ liber legis tenetur & sacra scribuntur: supr. Theor. V. VI.) sed sinistrâ. nec adhibeat testam, propter veneficia, nec aridum gramen (h. e. fœnum.) nec fasciculum quo alius ante usus. Summa reverenter se gerat (etiam in tenebris absq; teste.) noctu perinde ac interdiu. Urinam nō reddat stando nè guttula ad pedes resultent, nisi fortè locus sit editior, unde in vallem meiat. &c. plura hujus generis afferre pudor vetat, & vereor ut hæc sint nimia castis pectoribus. qui volet conferat cap. 40. libri hebræo-germanici Brandtspiegel.

Superest ut post castrensem disciplinam, etiam de Privilegiis castrensibus aliquid dicam. Ut enim omnis necessitas lege caret, sic inter arma quoque Judæorum silebant aliquæ; scilicet, quæ de Sabbatho non violando, de suillâ carne, aut nondum decimatis non edendis, divinitus erant latæ: multò potius quas de lavandis manibus, vel talibus minutijs addiderunt ipsi. Notum est quàm superstitiosè Sabbathum aliàs servare studeant, omittunt omnes operas, nullâ curâ, onere nullo gravantur, nè quidem in sacculis vestiū aliquid portant, gen o tantum & compotationibus indulgent, nō peregrinantur tunc, s. d si pridiano quis in itinere suas ædes aut hospitium non attigerit, mavult foris vel in sylvâ pernoctare. serius cubitu surgunt in honorē Sabbathi. ut ipsi nihil gestant, ita nec jumenta sua plus portare permittunt. quàm quo alligari, retineri aut duci possint, v. g. equum freno quidem sed non ephippio licet onerare. si qua gallina panniculo annexo notatur, eo sublevari solet pridie. pecus quod in fossam delapsum est, non facilè solent extrahere Sabbatho, ut olim tempore Christi Matth. 12. v. 11. sed immisso pabulo relinquunt ibi donec laborando succurrere liceat; nisi fortè locus sit palustris, aut aliud vitæ periculum in morâ. paupores Christianos vili ære conductos adhibent, qui tunc si est hyems ignem foveant, candelas accendant, vel si æstas emulgeant vaccas lacte turgentes, ubi nō ipse fecisse creditur quod sic per alium facit. licet aliousque deambulare sed non procul, & meminit etiam scriptura *viæ Sabbathi* Act. 1. v. 12. quæ bis mille cubitos longa fuisse traditur, quantum mons oliveti distitit à Ierosolymis, vel in nostrâ

vicinià pagi diuersi inter & Wishtim ab invicem. sed oportet hoc intervallum tardiusculo incessu emeriri: velocius enim ultra binos passus procurrere, vel transfossam salire, nemini permissum est, nisi puerulis festivè colludentibus. cæcis non licet baculo tunc niti, at solis claudis id concessum; quia illi carere possunt, hi non. vulneratus emplastrum pridie impositum retinere potest, sed avulsum non reponere, nec recens vulnus obligare. disputant etiam an vel quatenus pulverem de calceis tunc excutere liceat. pecuniam die festivo non attingere certum est. videque hoc prætextu eleemosynã poscenti pauperi denegantes; quibus hypocritis ut vicissim illuderem, simulavi quid donaturum, quod recusaturos præscivi, nec obtulissem profesto. Æstate muscas abigere, sed flabellum velut onus gestare non licet. pulicem si pungat capere, fas est, sed haud necare, nec in pavimento saltantem opprimere. pediculos quidam tunc perimere concedunt, alij prohibent & cameli mactationi æquiparant. Arborem fructus decerpendi causa non licet ascendere. non cytharâ canere, vel quodvis organum pulsare, nec ore sibilum efflare, nedum ad ejus sonum saltare imò nè quidem infantes lachrymabundos demulcere crepitaculis. excipiuntur tamen nuptiæ ad quas Christianos cytharædos conducunt. ostia tunc manu pultant, non malleolis appensis alterius, ut anseres & gallinas cibant, verùm ne plus frumenti objiciatur quàm diurno victui sufficiat. hortos non rigant, nec transponunt plantas, nec inserunt arbores, nec fodiunt, an flores decerpant dubito? spicas equidem non vellunt, idque facientes olim reprehendebant Apostolos. Matth. 12. 2. lintea non lavant, nè puellorum quidem induviola, non texunt nec nent. sartori nè acum quidem portare licet, nedum viro gladium vel scutum hastãve militi. nam si quicquam horum facerent, lapidationem meruisse putarentur. quod hîc summariè tantùm recensui, quia nimis longũ foret Rabinorum testimonijs, quæ mihi plurima suppetunt, singula enumerare, lippis jam tonsoribusque nota. quin applico potius ad meum institutum, quod nunc est militiæ privilegia docere. Quamvis igitur in pace Sabbathi sui sint religiosissimi & partim ridiculi custodes, in bello tamen ubi victoria legibus cunctis potior est, nil dubitant id violare, si necessitas ita postulet. Maym. H. Melach c. 6. § 12. אורין על עירות גרם בשבת ועושין עמהן מלחמה בשבת שנ' עד רדתה ואפילו בשבת בין מלחמה מצוה בין מלחמת רשות: *obsident urbes gentium etiam sabbatho, & præliantur cum illis Sabbatho, quia dicitur (Deut. 20. ult.) donec illa deficendat; ubi perinde est sive bellum sit legale sive ultroneum.* locus quem citat sub obscurus est, & hoc sibi vult,

vult, continuandam esse oppugnationem, donec urbis mœnia corruant & altissima quæque propugnacula humilientur: ut ex collatione cum vers. 52. capitis 28. apparet. estque infinitivus radicis ירד nec à רדה derivatur, ut interlinearis versionis Author existimat: deceptus fortè à R. Salom. Iarchi grammaticæ parùm perito, qui לשון רדוי *significatione dominandi* perperam exposuit. Video nec veteres hunc textum sic accepisse, alioquin se non obtulissent hostibus absque omni resistentiâ jugulandos 1. Macc. 2. 36. *Spelunca inclusi nè lapidem quidem emiserunt, neq; cavernas obstruxerunt, dicentes.* Ἀποθάνωμεν πάντες ἐν τῇ ἁπλότητι ἡμῶν MORIAMUR OMNES IN SIMPLICITATE NOSTRA! *testes sunto nobis cælum & terra, quòd injustè nos perimatis. ita perierunt Sabbatho millena circiter animæ.* quod & Josephus repetit, Antiq. l. 12. c. 8. Sed rectè redarguit eos cordatus ille Mattathias, docens quàm stultum sit & à legislatoris mente alienum, intempestivâ & præpostera pietatis opinione legem suis cultoribus fraudare, hostivè hanc pro lubitu sæviendi occasionem ultrò quasi offerre: subjungens si in hac superstitione contumaciter perseverare perrexerint brevi foreut Ecclesia tota extirpetur, nemoque pius supersit amplius. Primus ergò sancivit hoc decretum, vers. 41. *quod si occasio ita ferat, etiam Sabbatho pugnandum sit*; idque Synagogæ Ἀσιδαίων (h. e. חֲסִידִים sive piorum) vel tandem persuasit verùm nè citra necessitatem contingeret facilè au: crebriori usu in abusum degeneraret, sanciverunt insuper Talmudici, ut omnis obsidio minimùm triduo ante Sabbathū inchoëtur, si qui fortè citò sint sè dedituri. præc. Affir. 117. גרסינן בפ׳ קמא דשבת אין צרין על העירות של גוים בפחות משלשה ימים קודם השבת ואם התחילו עושים עמהם מלחמה אפילו בשבת *legimus capite primo Schabbas; nō suscipitur obsidio urbis ethnicæ pauciorib⁹ quā tribus diebus ante Sabbathū; at cum semel cœpta est, exercentur actus hostiles cōtinuè, ipso etiam Sabbatho.* allegatus locus extat pag. 19. fac a. & tribuitur authori Schammai ubi hoc idem de navali prælio affirmatur. תר אין מפלגין בספינה פחות משלשה ימים קודם לשבת בא לדבר הרשות אבל אין לדבר מצוה : פי׳ מפלגין מפרישין מן היבשה לים והו לשון ספינה על שם שמפלגי עצמו מן היישוב ומרבנן יעקב שמעתי בעירובין שאמצעיתו של ים נקרא פילוס ואף בלעז פדגא *ex traditione magistrorum non ingrediuntur navim ferius quàm triduo ante Sabbathum. intellige de ultroneis non legalibus.* GLOSS. R. Sal. I. vox מפלגין (*quam lexica nostra, ut & infinita tales ignorant*) *cum usurpatur in re naurica. significat pelago se committentes & ab aridâ separatos: quia docente R. Iacobo, mare gracis πέλαγος appellatur* (*atq; ipsi etiam be-*

brau בְּלָא) Hæc de Sabbatho. Quod prohibitas carnes attinet, notum est quantopere Judæi abhorreant à suillâ; & legitur 2. Maccab. 6. memorabile exemplum senis cujusdam Eleazari legisperiti, qui neque blanditijs neque minis eò potuit impelli, ut contra prohibitionem legis vel ederet revera, vel edere tantùm simularet in gratiã regis; mille carnificinas experiri malens, quam cautie suâ quid indignum committere, vers. 24. in hæc verba protestatus: ὑ γὰρ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἀξιόν ἐστι ὑποκρίθῶμι, ἵνα πολλοὶ τῶν νέων ὑπολαβόντες Ἐλεάζαρον τὸν ἐνενηκονταετῆ μεταβεβηκέναι εἰς ἀλλοφυλισμόν, δι' ἐμὲ τὸ μικρὸν καὶ ἀναρίαιον ζῆν πλανηθῶσι. addens, exiguũ illud vitæ quod sibi naturaliter superesse possit, honorificè clausurum, & junioribus constantia suâ relicturum magnanimæ mortis exemplum. refertur etiam seq. cap. 7. alterum admirandæ fortitudinis specimen, quod ediderunt septem fratres unà cùm pientissimâ matre, ab Antiocho crudeliter excarnificati, quod porcinam edere noluerunt: quod martyrium Iosephus peculiari libello περὶ αὐτοκράτορος λογισμῦ inscripto, graphicè depinxit, & quibusdam editionibus græcorum bibliorum appenditur. Sanciverunt paulò post, Hirkani temporibus decretum, שאין כל איש אפילו יגדל חזיר *nè quis vel alat porcum*, & transgressorem Anathematis fulmine percusserunt. eiusmodi prohibitiones vocant סיג לתורה *sepem legis*. quæ ut ab interdicto longius arceant, etiam occasiones vetant primosque aditus. miramur ergò unde Gadarenis Matth. 8. 30. magnus ille porcorum grex provenerit, ad mare pascentium, in quem ejecti dæmones intrarunt? sunt qui putant non victus sed quæstus causâ eos aluisse, ut Romanis carè venderent, aut solâ cute ad opificia usos: at verisimilius est quod Casaub. Ex. XIII. Num. LXIX. dicit, Græcos ibi habitasse, quibus religio non fuit sues devorare. Iudæis verò illarum usu interdictum erat severissimè, Levit. 11. 7. & Deut. 14. 7. quia ungulas quidem fissas habent, sed non ruminant; & ex medicorum placitis, creber usus porcinæ, præsertim in calidioribus provinciis, ad lepram disponit, atque malignos humores generat, quibus ipsa quoque mens prægravatur, nè pietati tàm devotè possit vacare: sicut splendidissimum quoque lumen per tenebricosum lucernæ cornu hebetatur. Taceo quod cunctorum animalium sus fœdissima sit, quæ in omni cœno se volutat, vel hoc solo nomine abominabilis: unde & Rabini nos, impatientiâ servitutis suæ per insignem contumeliam porcis comparant. Bachai P. Schemini הזכיר ארבע חיות בארבע פסוקים לרמז על ארבע מלכיות הרשע רוֹל את הגפן זו בלטת בבל שנ' אשרי שישלם לך את גמולך

את השפן וז יץ וכו׳ ואת הארנבת וז סדי וכו׳ וכן שם אשת תלם ארנבת שמה ואת החזיר וז מלכות אדום שנ׳ יכרסמנה חזיר מיער וגו׳ וכתוב החזיר כפרים פרסה לרסן כי שלש גליות אעפ שהיו וכנגדם חלוקים היו כאלו הם מחוברים לפי שוסנם סועט וקצר אבל הגלות הרביעי היא ארוך ושקול כנגד כלם: *memínit lex quatuor animalium immundorum in totidem versibus (levit. 11 v. 4, 5 6. 7) respectu quatuor regnorum (sub quibus exulamus.) & comparant nostri doctores Camelũ regno Babel (ob alliterationem in hebraeo textu Psal. 1,7.8.) beatus qui retribuit tibi &c. Cuniculum regno Graeciæ &c. Leporem Mediæ: quamvis tale nomen fuerit uxori regis Ptolemæi (alludit ad etymologyas.) Porcvs autem notat regnum Edom. (h. e. Romanum.) ficut dicitur (Psal. 80. 14) suffodit eam aper de sylvâ. dividit aper ungulas. exilia priora quamvis divisa erant, tamen ob brevitatem singulorum tria pro uno haberi possunt; (sicut Deut. 14.7. tres bestiæ conjunguntur.) at quartum diuturnitate superat omnia &c.* Est quidem ebrietas atrox vitium; Sed tamen illud admittere maluerunt undecim Rabini, quos gentilis rex Pirgandicus triplici optione datâ coegerat vel suillam comedere, vel ethnicum vinum bibere, vel cum scortis concumbere; quã reliqua: quamvis & illa deinde admiserint, cùm benè potis mensa clanculum gyrata est, immundæ carnes oblatæ nescientibus, & vino sepultis fœminæ provocatrices adjunctæ. Non seculorum tractu, nec longâ conversatione nostra, hæc abominatio Suillæ apud Iudæos elanguit, sed etiamnum hodie sic abhorrent, ut nè nominare quidem sustineant; ideò puerulis rogantibus, ecquid hoc animalis sit? respondent esse דבר אחר *rem aliam* sive nefandam. His tamen omnibus quæ prolixè recensui, non obstantibus, ajunt cordatiores ipsorum licere porcinâ carne, lardo & fumine vesci, cum castra fames urget, militesque peregrinis in oris non aliud reperiunt, quo vitam sustentent. Maym. H. Mel. init c. 8. חל צי אבא כשיכנסו בגבול הגוים ויכבשום וישבו מהן מותר להן לאכול נבילות וטריפות ובשר חזיר ובוצא בו אם ירעב ולא מצא מה יאכל אלא מאכלות אלו האיסורין וכן שותה יין נסך מפי השמועה לבדו ובתים מלאים כל טוב ערפי חזירים *expeditiad militiam, cum intraverint fines gentium & jobegerint eos captivos, duxerint, facultatem habent comedere mortua & discerpta (quæ aliàs levit. 17. 15 prohibet) item carnem suillam & talia. si quis esuriat nec aliud quàm veritos cibos reperiat. Sic et vinum libamina (h. e. idolis consecratum. nolunt tamen nostri eos vocare, cui S. Iohannis benedictio insula Patmos. cap. 1. 9. 10. la docet versum (11 c.6. Deut.) juravit dare domos omnia etiam cervices porcorum & talia complecti. Porro in*

rant milites à lotione manuũ; quàm Iudæi aliàs superstitiosissimè ob-
servant, inde abantiquis temporibus, ut ex Evangelio nostro ap-
paret, ubi Apostoli à Pharisæis reprehenduntur, quod illotis manibus comedere sint soliti. Marc. 7. 2. unde & in Talmudicas traditiones relatum est: quæ quamvis diu pòst in unum opus compactæ sint, fuerunt tamen multò antè, secundi templi temporibus concepte & à successoribus demum variis cautionibus auctæ. Mass. Sota. c. 1. p. 4. b אמר לה משם ר' אסי כל האוכל להם בלא נטילה ידים כאילו בא אל אשה זונה שנ' כי בעד אשה זונה עד ככר לחם: אמר רבי אלעזר כל הסולל בנטילת ידים נעקר מן העולם (פ' דעובר על דברי חכמים חייב מיתה דכתיב ופורץ גדר ישכנו נחש) אמר רב חייא בר אשי מים ראשונים (פ' שלפני המזון) צריך שיגביה ידיו למעלה מים אחרונים צריך שישפיל ידיו למטה: אמר רבי אבהו כל האוכל פת בלא נטילת ידים כאלו אוכל לחם טמא שנ' ככה יאכלו את להמם טמא ונ' *Dixit nomine R. Asse: quicunq; panem edit illotis manibus, est instar cõcumbentis cum scorto, tunc verificatur illud (prov. 6. 26.) propter mulierem meretricem (attenuantur opes) usq; ad placentam panis. R. Eleazar inquit: quicunq; vilipendit lotionem manuum, eradicabitur ex hoc seculo.* [GLOSS MARG. *nam qui transgreditur verba sapientum, reus fit mortis. sicut dicitur Eccl. 10. 8. qui rumpit sepem, illum mordebit serpens.*] *Ait R. Chaja bar-Asche. ad priores aquas, ante cibum, necesse est ut manus elevet sursum, ad posteriores inclinet deorsum. R. Asbudicit, quis quis bucellam edit antequam manus sint exsiccatæ, perinde habetur, ac si panem stercoreum devoraret, (quod fecit Ezechiel. c. 4. v. 12. cuius verba v. 13.* לחמם טמא *juxta Kabanistas, per Gematriam æquipollent verbis* בלא נטיב ידים *quia in numeris utraq; 168. valent.* Narrant quoque casum de quodam peregrinante, qui propter ablutionis neglectum, in gravius peccatum inciderit cum enim caupo, qui hospites hoc signo discernebat, illotis manibus accumbentem non pro Judæo haberet sed gentili, suillam apposuit, quam esuriens viator avidè quidem sed ignoranter deglutivit, nec errorem suum antequam ille carioris ferculi pretium computaret, agnovit. Akiba certè captivus sitim tolerare maluit, quàm hoc præceptum Magistrorum transgredi Talm. M. Eruf. fol. 21. b. מעשה ברבי עקיבא שהיה חבוש בבית האסורין והיה רבי יהושע הנרסי (פ' שם פקום לא שהיה טרחן גרסים) משרתו בכל יום ויום היו מכניסין לו מים במידה יום אחד מצאו שופר בית האסורין אמר לו היום מיכך מרובין שמא לחתור בית האסורין אתה צריך שפך חציין ונתן לו חציין כשבא אצל ר' עקיבא אמר לו יהושע אין אתה יודע שוקן אני והיי תליין בחיך (שאין לי אלא מה שאתה נותן ובוזמן לי) כח לנו כל אותו הבאורע אלתן לי מים שאטול ידי

אל

אל לשתית אין מניעין לטול ידיך מניעין אל מה אעשה שהיכין עליך
מיתה מוסב אמית מיתת עצמי ולא אעבור על דעת חבירו אמרו לא
מעם כלום עד שהביא לו מים ונטל ידיו (תוספ פטורין במתנה רחיצת
ידים כל שכן במקום סכנה מחשיר על עצמו היה) *Historia de R. Akiſa.*
cum ſuis compactus in carcerem. (*eo quòd Bar. Cochabum in Meßiam unxiſſet.*) *miniſtrabat ipſi R. Iehoſua Garſites, quem aliqui fabas moluiſſe dicebant. Is quotidie captivo aquas affe rebat ſufficientes quodam die deprehendens illum cujus carceris ſit affatus eſt. aquæ tuæ nimis multæ ſunt, an forte carcerem effodere paras* (*h. e. colliquatis parietibus & humore putrefactis elabi?, ejuſque dimidium eius, & reliquam medietatem ipſi trade cum veniſſet ad Akibam dixit ille: an ignoras ò Ioſua me grandævũ* (*ſcribitur enim natus eſſe A. M. 3760. h. e. uno ante Salvatorem noſtrum, & Moſis ætatem ſive 120. Annos attigiſſe. Zam. D. p. 35. b.*) *vita mea dependet à tuâ, nil habeo niſi quod tu mihi ſubminiſtras! lavet nos quantũ ſuppetit. porrigebat illam ut manus abluam. reſpondit iſte, non ſufficit quod bibas nedum quo laveris. regeßit Akiba; quid aliud facerem? quia (omiſſo) mortis reos facit, præſtat meipſum enecare* (*ſiti*) *quam collegarii decreta tranſgredi. Ajunt nihil unquam* (*cibi*) *guſtaſſe donec aqua manus abluiſſet.* NOVELLA *in margine* (*hoc factum non probat.*) *ſi milites in caſtris immunes ſunt à lotione manuum, quanto potius iſte debuit in periculo vitæ! ſed ſponte gravavit ſemetipſum* (*opinione meriti ut hypocrita ſolent*) Multiplices cautelas quæ circa hunc ritum obſervandæ ſint, tradit poſt alios R. Jacob baal-turim parte primâ, quæ Semita vitæ nuncupatur, capite 181. unde a iqua tantùm obiter exſcribam. ut εὐεξηγία gentis appareat. והתקדשתם אלו מים ראשונים
והייתם קדושים אלו מים אחרונים כי קדוש אני זה שמן הטוב שמושחין
הידים כדי להסיר הזוהמא: אמרו חכמים אחר אכילתך אכול מלח ויש לחוש
שמא מלח סדומית מעורב בו והצריכו ליטול: אין נוטלין על גבי קרקע
מפני שרוח רעה שורה עליו אלא על גבי עצים דקים או כיוצא בהן:
אין נוטלין אלא בחפין אבל לא בחפין שמפעפין את הידים ואין
מעבירין את הזוהמא ודוקא חפין שהיד נכוית בהם אבל פושרין שפיר: אין
צריך לישל אלא עד פרק שני של אצבעות וצריך שישפיל ראשי אצבעותין
למטה כדי שתרד הזוהמא: אין מכניין זה את זה ליטול נדול שבהן תחילה
ואם הם יותר מחמשה מתחילין מן הקטן: ויש לברך על רחיצת ידים
משום מלח סדומית אם אכל תבשיל ואם אכל פת הריבה וכו׳ *verba textus* (*levit. 11. 44.*) Sanctificemini. *notant ablutionem primam* (*quæ fit ante cibum*) eſtote ſancti, *lotionem alteram* (*poſt cibum*) quia ſanctus ego, *alludunt ad ungventa pretioſa quibus graveolentia expellitur. Iubent ſapientes poſt comeſtionem parum ſalis guſtare; curare tamen nè quid forte ſalis Sodomitici admixtum ſit: ideò diligentius abluendum*

Non quidem super solum, propter halitus nocivos ibi berentes, (stulti homines exponunt; malos spiritus ibi recubantes) sed super pavimentum ligneum vel consimile. Aquis utendum egelidis, nec verò calefactis, quæ pustulas causantur (& manus corrugant.) sordes tamen nihilo melius depurgant; maximè si ferventiores sint: verùm tepidæ placent. Necesse non est ultra secundos digitorum articulos abluere; manus autem antrorsum inclinandæ sunt ut sordes defluant. Nemo hic honoratur prærogativâ lationis (ut in nostratibus, conviviis apud importunos cæremoniarum magistros, civilitate ambiguâ, certiori autem jusculorum periculo) sed si quinario plures adsint, primus lavat minimus. Oportet & preculam admurmurare, propter salem Sodomiticum (puto ad uxorem) Lothi respicere, quæ in talem statuam, prope hanc urbem induruit gen. 19. 26.) quamvis embamma nullum, sed siccam comederis bucellam. Dehinc ut effatum Christi abundantius impleant; & propter suas traditiones mandatum DEI annihilent, Matth. 15. 6. disputant etiam anxiè ac prorsus magistraliter, qualisnã aqua (tadhibẽda? num eâ liceat uti è quâ gallinæ potarũt? Subtilis R. Israël, vulgò dictꝰ Iserl n. lib. Trumas quæst. 260. מים ששתו מהן תרנגילין כשרין הן לנשילת ידים או לאו פירש רביע הנגאל: דמים שלקלק מהן הכלב פסולין: טבל בהן את הספוג ואם נשתנו מראיהן פסולין אבל לא נשתנו כשרין דספוג חשיב כאלו שתה מהן יונה: הנראה לעז כתבתי: *sunt nè aquæ de quibus gallinacei biberunt, ad lotionem idoneæ, necnè? Magister noster Chananeel eas unde canis lambit, pronunciat impuras. sic & in quas spongia fuit intincta: nisi colorem aqua nihil alterarit; tunc enim reputatur, ac si columba inde bibisset (quæ nihil polluit.) illud & mihi juxta tenuitatem meam videtur.* Ab omnibus hisce sexcentis sollicitudinibus liberantur, qui militiæ nomen dedêre, ut & de nostro jure multis in casibus sunt privilegio donati. Pr. aff. 118. sub fin. שנינו בפ קמא דעירובין ארבעה דברים פטורין ישראל בטהנה מביאין עציס מכל מקום ופטורים מרחיצת ידים בתחלה ומן הדמאי מלעשרו ומלערב עירובי חצירות: *repetimus è primò cap. Maß. Erubin, à quatuor rebus immunes esse Israëlitas in castris; colligere ligna ex omni loco: non teneri lotione manuum: nec suspectorum decimatione: nec præcepto de heterogeneis miscendis (levit. 19. 19.)* Distinguit tamen Baal-turim inter lotionem primam & postremam, Orach chaym d l. ההולכים בטהנה לטלחמה פטורין מטים ראשונים אבל חייבין באחרונים: *qui castra sequuntur sunt quidem à prioribus aquis (ante cibum) immunes: at obligantur nihilominus ad posteriores.* Audi lector sub finem hujus capitis, Iudæi sententiam, cur Nos ab istis lotionibus, ciborum delectu & mille cæremoniis Leviticis immunes esse dicant? indulget morituro Medicus ut edat quodcunque

cunque lubet: dictæ verò regulas præscribit convalitúro. R. Bachai Par. Schemini לחה הדינר דופה לרופא שהלך לבקר שני חלים אחד יש מי סכנה אפר להן תנו לו כל מה שמבקש לאכול לשני אמר תנו לו מאכל פלוני ואל תתנו לו פלוני לימים זה מת וזה נתרפא: וכך התיר הקבה לאומות שקצים לפי שהם מוכנים לגיהנם אבל ישראל שהם לחיים אסר וה לא תאכלו: וכו' *asimilatur hæc res medico, qui manè visitat duos ægrotos, quorum alter de vitâ periclitatur, illius ministrũ dicit, date ipsi comedere quicquid concupiverit: alteri de quibus superest ait, hoc ede, aliud vita. paulò post ille moritur, iste convalescit. Sic* DEUS *Opt. Max. permittit gentibus abominabilia, quoniam prædestinati sunt ad gehennam: Israëlitas verò ad paradisum destinatos, jubet abstinere. (ita sibi blandiuntur, ignari veræ salutis nostræ per exhibitum Messiam.)*

CAPVT VI.

DE MORTE ET SVCCESSIONE.

Theor. XIX.

Mortui suppellex comburebatur: equis etiam enervatis.

VT unus & æqualis est omnium introitus in hunc mundum, ita quoque omnibus idem exitus. Sap. 7. v. 6. imminetque commune illud mortalitatis jugum tàm illis qui purpura vestiuntur, quã qui vili tantùm lino. Syr. 40. vers. 4. Monet igitur susceptæ dissertationis ordo, ut breviter adjungam quid de Regibus factum sit, postquam pallida mors ipsorum quoque turres, non secus ac pauperum tabernas, atro pede pultasset. habebant tunc pleraque quidé humationis jura cum plebeijs communia; fuerunt aliquæ saltem ceremoniæ vel pompæ solennes, honoris causa superadditæ: de quibus nunc sigillatim & suâ serie. Primum erat quod recens mortuorum cadavera, fordibus suis expurgata, undique obthurabant; fortè nè quis tetrus odor exhalans, respirationem vivorum inficeret. Maym. Hal. Ebhel. init cap. 4. מנהג ישראל במתים כך הוא מאמצין עיניו של מת ואם נפתח פיו קושרין את לחיות ופוקקין את בקביו אחר שפריחין אותו וסכין אותו במיני בשמים: *mos Israëlitarum cum mortuis sic habet.*

V

obſirmant oculos defuncti (ut clauſi maneant) fiq; os hiat, ligant maxillas eius, ac obturant omnia corporis foramina, poſtquam excrementa inde (preſſo ventre) depulerunt & inungunt varias ſpecies aromatum Refert etiam author ritualis libri *Minhagim*, cap. ult. ſolere illos morientium pollices, eo artificio in volam deprimere, ut pugni rugæ cognomentum DEI שדי (quod *Omnipotentem* ſignificat. geneſ 17. 1.) pulchrè repræſententent. quoniam verò digiti eo ſitu difficulter manèt: morientes enim illos diſtendimus, quaſi omnia dimiſſuri; ſicut econtra velut omnia lucraturi, naſcentes eos contraximus: ideò conſueverunt pollices illigare manibus per fila è ſacris veſtibus, ציצית dictis avulſa, quæ contra necromanticas artes valere creduntur. Is ritus humanior minuſque crudelis videtur Romano, ubi adamatis aliquando digitum abſcindebant, ad juſta ſervatum, nec cum reliquo corpore comburendum. Porrò dictum eſt ſupra Th. VI. quod immundæ rei præſentia volumen legis polluat, ideò removent id à morituris. Ibid. c. 12. §. 3. אין מניחין ספר תורה על מטתו של חכם *non relinquunt librum legis ſuper lectum ſapientis.* Semel tamen reperio id neglectum fuiſſe, in obitu nempe vulnerati regis Achab; non quidem ob honorem perſonæ, ſed potius in teſtimonium contra ipſius impietatem Talm Baſa kama p. 17. a. דברי יהודה אמר ליה ר' נחמיה והלא לשני אחאב עשו לו כן (פי' הספר נדול כדאמר במגילה בספר הדריסין בן טבריסון היו עם רב בטלחטה וכולן ספרו עליו) אלא שהניחו ספר תורה על מטתו ואמרו קיים זה מה שכתוב בזה (אע"פ דאסור לישב על גבי מטה שלת מונחת עליה) *verba R. Iehuda, cui dixit R. Nehemias: annon coram Achabo ſic fecerunt? ſcilicet planctum ingentem, ſicut dicitur in Megilla; apud Hadrimon filium Tabremi, quòd omnis exercitus nudatis humeris eum luxerit. verùm reliquerunt librum legis ſuper lectum eius dicentes:* ISTE CONFIRMET. IN TE, QVOD IN SE SCRIPTUM EST! *(nempe de Talionis jure Levit. 24. 20. Deut. 19. 21. ut in loco, ubi canes innocentis Nabothi ſanguinem linxerunt; tuum quoq; lingant; juxta prædictionem Eliæ 1. Reg. 21. verſ. 19. quæ & impleta eſt cap. ſeq. 22. verſ. 37.) quamvis aliàs nefas habeatur incumbere lecto, in quo liber iſte repoſitus eſt.* Cæterùm ſolebant Iudæi ob quemvis triſtiorem caſum, nec tantùm in privato luctu, ſed vel præcipuè in magnatum funeribus, veſtes dilacerare, atque commiſerationem ſuam hoc ritu teſtari: qui non arbitrarius erat, ſed ſuis legibus conſtans. Hal. Ebhel. init.

Hel. init. c. 8 אבל חייב לקרוע על מתו שנ׳ ובגדיכם לא תפרומו הא אחד חייב לפרום ואין קריעה אלא מעומד שנ׳ ויקם המלך ויקרע את בגדיו (ואם שכח וקרע מיושב חוזר וקורע מעומד כראוי׳ התם אסימר שכיב ליה ברישי וכו׳) ומהיכן קורע מלפניו והקורע מאחריו או מן הצדדין או מלמטה לא יצא ידי חובת קריעה אלא כהן גדול שהוא פורם מלמטה כמה שיעור הקרע טפח ואין צריך להבדיל שפת הבגד ופותר לו לקרוע בכלי ואינו קורע אלא בגד העליון בלבד ואם בא להחליף מחליף ואינו קורע קרע אחר בא בשאר המתים חוץ מאביו ואמו עשתן קורע עד שטגלה את לבו ומבדיל שפת הבגד ואינו קורע בכלי אלא בידו מבחוץ בפני כל העם ויקרע כל הבגדים שקלע ובגד הזיעה (אפקריסותי בירושלמי) הדבוק לבשרו אינו פעכב ואם החליף בגד אחר חייב לקרוע כל ז׳ ימים ועליהן חולץ כתיפו ומוציא זרועו מן החלוק עד שיתגלה כתיפו וזרועו והולך כך לפני המטה *lugens tenetur vestes ob mortuum dilacerare, quia dicitur* (*Lev.* 10. 6.) *vestimenta vestra nè dissuatis* (*iste textus primâ fronte contrarium docere videtur, sed cogitandum est de Sacerdotibus loqui. quos hoc ipso plebi dissimiles voluit legislator*) *ecce innuit esse alios qui dissuere debeant! Non fit autem ruptura nisi à stante, sicut dicitur* (2. *Sam.* 13. 31) *surgens David vestes laceravit: & si qui oblitus vel mœrore occupatus*) *rupisset sedens, denuò rumpere tenetur stans, sicut fecit R. Amemar cum ei filius obiisset* (*cap.* 3. *Moëd.-Katon.*) *Vnde verò lacerare incipit? ab anteriori parte; nam qui à posteriori, vel latere, vel infra inchoat, non immunis est à reatu: excepto Pontifice solo, qui tantum inferne lacerat* (*Maß. Horaios p.* 12. *b. &* 13. *a. secus quàm Caipham vulgò pingunt. Math.* 26. 65. *priscorum rituum ignari*) *Quænam est mensura rupturæ? palmus* (*sive quatuor digiti.*) *non exclusâ simbriâ. licet etiam scindere instrumento* (*velut forfice vel cultro*) *nec quis tenetur aliam rumpere quàm exteriorem, eamq; si usu sic postulante mutat, non lacerat secundam, verum hoc omne dictum est communiter. de plerisq; mortuis: at in parentum luctu rumpit amplius, ut ipsum pectus nudetur, separat quoque oram vestimenti, nec scindit organo. sed propriâ manu, palàm in conspectu omnis populi, lacerat q; vestes vniversas usq; ad cutem, etiam sudarium vel interulam* (*Talm. Ierusalmi*) *carni adhærentem. Quid si vestes mutare opus sit, oportet & alteras lacerare, toto septiduo. Per hanc ergò rimam exerit brachium suum & humeros, adeò ut etiã scapularum nuditas appareat: fieq; feretrũ* (*in solenni processione*) *sequitur* Originé traxit iste ritus à Iacobo, qui cum Ioſephum à fera discerptum esse existimaret, primus vestimenta sua rupisse legitur, gen. 37. 34. à quo & filius Rubenus pridem didicerat. ibid. v. 29. unde postea gentiles quoque immitati sunt, quo pertinet illud Vergilianum sub fin. 5. Æneid. post accensam cædem: *Tum pius Æneas humeris abscedere*

veſtem, Auxiliog, vocare DEOS, *& tendere palmas, &c.* Ipſi etiam Apoſtoli Paulus & Barnabas, cùm à Lyſtrenſibus pro Mercurio & Ioue haberi cœpiſſent, præ honoris abominatione veſtimenta ſua ſciderunt, Act. 14 v. 14. adeò conſuetum erat indignantibus in veſtes furere, in aſq; vel mœrore hoc geſtu declarare, quoties aut blaſphemiam, aut magnatis alicuius, vel alioquin chari hominis obitũ reſciviſſent. Ead. Hieroſol. fol. cap. ſeq 9.

כל הקרעים שקורע אדם על
שאר קרוביו שולל הקרע לאחר שבעה ומאיה לאחר שלשים על אביו
ועל אמו שולל לאחר שלשים ואינו מאחה לעולם ואשה קורעת ושולת
מיד אפילו על אביה ואמה ספני הצניעות: כיצד שקורע אדם על אביו
ואמו כך חייב לקרוע על רבו שלמדו תורה (ר יוסי אומר אפילו לא
האיר עיניו אלא בפשנה אחת והו רבו) ועל הנשיא ועל אב בית דין
ועל רוב הצבור שנהרג ועל ביכת השם ועל ספר התורה שנשרף ועל
עדו יהודה ועל ירושלים כל אלו קורע עד שיגלה את לבו ואינו מאחה
לעולם ואעפ מותר לשוללן לכתחלה ולעשותן כמין סולמות ולא
אמרו אלא באחוי אלכסנדרי כלבר והמוכר צריך להודיע ללוקח שקרע
זה אינו מתאחה: ואפ כל מי שעמד עם המת בשעת יציאת נשמתו אעפ
שאינו קרובו ואינו חכם חייב לקרוע: חכם שמת בית מדרשו בטל כל
ימיו: אב בית דין שמת הכל חולצין משמאל וכל בתי מדרשות שבעירו
בטלין ובני בית הכנסת משנין את מקומן הושבין בדרום ושבו בצפון: נשיא
שמת הכל חולצין שתי ידים ולא יטיילו בשוק אלא יושבין משפחות חוים
כל היום *ruptura ob conſanguineos cæteros poſt triduum ſarcitur iterum, & poſt ſeptiduum ea veſtis exuitur omninò. verùm ob parentes deponitur modò poſt triceſimum diem, ſed reſarcitur nunquam. Extipe fœminas: quæ pudoris cauſa, ruptas veſtes ſtatim deponunt, etiam in funere parentum. Parentibus autem æquiparantur etiam alij, ſcindiq; debent veſtes ob præceptorẽ (exemplo Eliſæ 2. Reg. 2. v. 12.) R. Ioſe ait, quamvis oculos diſcipuli ſuæ tantùm lectione illuminarit. Sic & ob Principis mortem, vel Senatorũ, vel publicam cladem, quando multi ſuccubuerunt (2. Sam. 1. v. 11.) item propter honorem numinis, auditâ blaſphemiâ (ut fecit Eliakim ob verba Rabſakes. 2. Reg. 18. v. 37.) propter librum legis combuſtum (quod accidit Ierem. 36. v. 24.) propter urbes Iudæ, præcipuè Ieroſolymas & ſanctuarium devaſtatum (Ierem. 41. v. 5. ubi & barbas ea propter detonſas fuiſſe legimus.) In omnibus hiſce caſibus lacerantur veſtes uſq; ad nuditatem pectoris, nec unquam reſarciuntur. licet tamen eas deponere, aut varioribus ſuturis in ſpeciem ſcalarum conſtringere. ſed Alexandrinæ contextura (quæ fit decuſſatim, formâ ſtaminis & ſubtegminis) prohibita eſt. oportet etiam venditorem diſertè hoc emptori ſignificare (ſi ſortè in foro ſcrutario ad auctionem veniunt) nè unquam eas reficiat. Denique quinq; morienti aſſiſtit, cùm animam exhalat, quamvis ager ille non ſit*

propin-

propinquus sibi, nec literatus, tenetur tamen eius gratiâ rumpere amictum. Si verò doctus fuerit, cessat schola tota post eius obitum integra septimanâ: si Senator, universi nudant sinistra brachia, & Academiæ totius auditoria cuncta vacant, studiosi verò sessiones mutant, ita ut qui antea meridianum locum obtinuerit, nunc ad septentrionalia pulpita demigret. Si ipse Rector (vel princeps Synedrij.) moriatur, humerum nudant utrunque; nec palam spaciantur in foro, sed mœsti desident apud familiares. Quid putas in Regis funere, luctuque publico factum si minores & privatos ita deploràrunt? constat quod & aquas effundere solent hodie (dubito an olim) superstitione quadam. pueris enim facti rationem poscentibus respondent, venenatum cultrum ibi abluere Angelum mortis, quem & Davides viderit. 1. Parilip. 22. 16. quas nugas plus quàm pueriles suis admiratoribus relinquo. Illud memoratu dignius est, quòd intuitu mortalitatis, omnem luxum fasciarum detestantur, & ipsum cadaver vilissimè involvunt. cap. 4. H. Efel: נחזין שערו ומלבישין אותו תכריכין חפורין בחוט של משתן לבנים ולא יהו דמיהן יקרים ונהגו חכמים בסודר שוה זוז שלא לבייש את מי שאין לו ומכסין פני המת שלא לבייש את העניים שפניהם מושחרים ברעב ואסור לקבור בתכריכין של משי ובגדים המוזהבין הרקומין אפילו לנשיא שבישראל שהוא נסות הרוח והשחתה ומעשה גוים: *abradunt pilos corporis (& lavant mundissimè, in testimonium futuri Iudicij: quia coram tribunali comparituros, pilos esse decet.) mox vestiunt involucris, candido filo lineo consutis, neq; pretiosis. Solent Sapientes adhibere sudarium, non plus denario constans, nè pudefaciant tenuiores, quibus est res angusta domi.* Eadem de causâ regunt faciem defuncti, nè prostituantur pauperiores, quorum fœmelici vultus ob alimenti penuriam, plerunq; sunt deformiores. (*Author libri Minhagim c. ult. ridiculam affert rationem aliam; fieri nè memoria superstitum officiat, dispiciant hic medici, an intuitu ille cerebro tàm noxius sit? dentibus quidem obesse, si quis consanguineo cadaveri osculum figat, meâ experientia probasse videor.*) *Nefas est sepelire involucris holosericis, vestibusve deauratis vel acupictis, etiam Principem Israel (non puto Regem) quoniam hoc arguit fastum animi, cultq; prodiga perditio. & mos Ethnicus.* Quamvis inter saniores Ethnicos non defuerint, qui hocipsum improbarunt, quod fragmenta XII. Tabb docent, ubi inter leges Xvirales & hæ sunt; quas Cicero l. 2. d ll. recenset. *Sumptum minuito. tria fi volet reicinia, & vincula purpuræ, & decem tibicines adhibeto, hoc plus nè facito.* Item: *Nè sumptuosa resperſio fiat. nè murrata potio mortuo inditor. nè longa coronæ, nec acerræ adhibentor.* quarum doctam explicationem habes in Dodecadelt Rittershusi class. 1 cap. 4. & seqq.

Hæc de inutili profusione sumptuum, in res perituras. Alia verò & excusabilior erat ratio impensarum, quæ in condituram cadaveris insumebantur, ut illud diutissimè servaretur incorruptum & putredinis expers eam nec ipse Christus videtur improbasse, quando mulierem pollincturæ suæ prævenientem laudavit, invido & invito Iuda, qui pietatis prætextu murmuraverat, in crepato. Matth. 26. vers. 10. Fuitque ista condiendi ratio Iudæis adeò consueta, ut etiam Nicodemus in unicum funus, centum libras myrrhæ & aloës insumere nil dubitarit. Iohan. 19. vers. 39. 40. Institutum est antiquum, ipsis patriarchis olim usurpatum, & ab Ægyptiis receptum, de quibus refert Herodotus in Euterpe, mihi pag. 131. fuisse singulares in hac re artifices, & corpora triplici modo condiisse. prout quis hæresid vel sumptuosius vel vilius fieri rogasset; ea propter antea licitatos de pretio convenisse, monstratis exemplaribus ligneis. qui optimè condiri voluerunt illis incurvo ferro cerebrum per nares emunctum fuisse, cranium verò medicamentis repletum, mox ilia conscissa & alvum inde protractam. sed post expurgationem iterum in sedes suas repositam, ac infarctis odoribus affabrè consutam, tũ corpus nitro per 70. dies salitum, glutine gummito (fortè Asphaltica pice quam abundè suppetidabat vicinum mare mortuum) esse oblitum, sindoni involutum, & in cavâ hominis effigie lignea conservatum. Qui sumptus parsimoniâ vilius condiri debuerunt, sectos non fuisse, sed alvum, immissâ per clysteres cedrinâ pice tabefactam & sic extractam. Qui vilissimè: ablutionibus tantùm intùs purgatos, abstersosque, & extus nitro arefactos esse. Vbi & illud notat, fœminas formosiores ante quatriduum salinario non traditas, quòd aliquando quempiam recenti cadavere abusum fuisse sit compertum. Eos verò quos Nilus vel crocodilus rapuerit, publico sumptu fisci, religione quadam condiri solitos. Miror quod balsami nulla fiat mentio, vel mellis aut cerœ, quibus circumfusis cadavera etiam servari posse constat. Pulchrum verò erat illustres majores à seris nepotibus etiam post aliquot secula sic potuisse spectari, narrationibus de rebus sui temporis veluti testes interesse, convivijs quasi vivos adhiberi, creditoribus etiam pro hypothecâ oppignorari; quod sæpiùs contigisse Lucianus refert. Cogita jam Lector! quali modo Iacobus à medicis regiis in Ægypto fuerit cõditus. genes. 50. 3. certè nec impensis nec tempori parsum est: nam totos 40. dies insumpserunt. an verò possibile. quòd eũ nõ attigerint? ut R. Bachai sub fin. P. Vajechi notat היו מרחקים אותו בנשמים חנים. כאמא המלך וזה היה אחר הרחיצה והיו נקיאים בחכמת הטבע

אל

הספג לא שיער חרופאים בגופו הקדוש *inungebat ipsum aromatibus odoratis, sicut regem Asa.* (2. par 16. ult.) *hocque fecerunt post ablutionem. Erant autem ita exercitati in scientia Physicâ, ut eius sanctum corpus nõ tetigerint.* nisi fortè carnificias illas sectiones & exenterationes intelligit (de quibus antea Herodotus) quas fuisse intermissas etiam mihi verosimile est. R. Sal. Iarchi illos quoque dies luctui annumerat, & sub decem hebdomadibus comprehendit, quibus eum deflerint Ægyptii, quod Nili fœcundam exundationem suâ benedictione ipsis impetrasset. ארבעים לחנטה ושלשים לברי לפי שבאה להם ברכה לרגלו שכלה הרעב *septuaginta dies in textu, intellige de quadragenis diebus conditura, & tricenis quas tribuebant planctui, quoniam senserant benedictionem eum adventu pedis ipsius, quando cessabat fames, & aqua Nili fœcundabantur.* De Iosephi cadavere mirum aliud referunt, fuisse id fumo tostum, & in aquis Nili contra putredinem diutissimè asservatum, donec universus populus ex Ægypto egressus, id secum in terram Canaan asportarit. Targũ Vzielidis gen. 50. vers. ult. וימת יוסף בן מאה ועשר שנין ובסימו יתיה ועטרוהו יתיה ושוון תחית בגלוסקמא *mortuus est Ioseph centũ decem annorum, & condiverunt eum atq; suffumigarunt, reponentes in loculo* (γλωσσοκόμῳ) *quem demerserunt in medio tullium Nili AEgyptiaci.* R. Abraham Seba in Zer. ham. opinatur hoc factum esse in contemptum terræ illius, quæ hospitio tanti cadaveris indigna fuerit. simul verò in præludiũ vel typum suffocationis infantulorũ. Ego autẽ potius existimarim Physicam subfuisse causam quæ putrefactionẽ arcuerit & juverit perennitatẽ si modò satis certa est ea traditio. ראוי יוסף להיות בנילוס להגין על ילדי ישראל שהושלכו ביאור ולהיות בעיני סהורים ולא לעטור בארץ טמאה כיהוקאל על כבר *dignus erat Ioseph, qui reconderetur in Nilo, ut præsignificaret pueruloss illuc abiiciẽdos* (Exod. 1. 22.) *indigna verò terra illa propter impuritatem quæ ipsum reciperet, puriores autem semper habitæ sunt aquæ, sicut & Ezechiel in regione Chaldææ sedit ad flumen Chebar, quando ipsi revelata est prophetia. cap. 1. vers. 3.* Hæc ossa plus quàm seculo post, extraxit Moses inde migraturus. Exod. 13. 19. Idem Targum Ionathæ. ויאסיק משה ית ארונא דגרמי יוסף בגויתיה מן נילוס ואוזיף מדברא עמיה *ascendere fecit Moses urnam ossium Iosephi ex intimo Nili, & abduxit secum.* hic desudant ingenia Talmudicorum, quomodo loculum in vastissimo flumine, post tantum temporis intervallum, inverterit? aut quonam artificio inde sublevârit? quem ארון של מתכות *me-*

tallicum vel æneum fuisse dictitant: confugiuntq; suo more ad virtutē Schem hamphoraſch. Bachaiel d. משה נטל טס אחד ודמיוני בנילים וכתב עליו עלה סור עלה שור ואמר לו יוסף יוסף אחיך נגאלים וענני חכבוד מעכבים בעדך אם לא רצונך לעלות נקיים אנו משבועתך: *Moſe ſumpſit laminam, & inſcripſit* ASCENDE Bos! (*vel appinxit Bovem.*) *& projecit in Nilum, occlamans: Ioſephe fratres tui redimuntur! & nubes gloriæ præſtolatur præter te: ſi non vis unà migrare, abſoluti erimus à juramento tuo.* credat hoc Iudæus Apella, vel Sigillorum aliquis ſculptor Theophraſtæus, conferatque in Maſs Sota, finem cap. 1. pag. 9. & 13. ſi placet. Ego ad regum funera revertor. Ea fuerunt in humeris, etiam longiſſimam ſepè viam, exportata: qui honor nè malis quidem regibus, & odio habitis publicè, fuit denegatus. cuius humanitatis notabile ſpecimen ediderunt Phariſæi poſt fata Iannai. cum enim illorum octaginta præcipuos, inter convivandum ſupra tectum palatij ſuſpendiſſet, ac propinando & arridēdo ſuffocatis illuſiſſet ſarcaſticè, paulò poſt ipſe moriens, nihilominus honorificè fuit ſepultus, ut in lecto ſollicitæ conjugi prædixerat. Ioſipp. p. 52. edit Baſil. נראות אשתי שהיה הולך בדרך כל הארץ בכתה לפניו בכי גדול ואל אל מי אשא עיני אחריך ואתה עשית רעות הרבה לפרושים וכל יושבי הארץ אוהבים אותם ויאמר לה הסלך לא תבכי אני איעצך עצה אם תשמעי תצליחי ותמלכי הנני מת ואיש בעולם אל ידע בכותי ואמרי לי חולה הוא וחנטי אותי והחזיקי מלחמתך עד שתכבשי העיר ואמרי להם אלכסנדר אויבכם אם רצונכם השליכוהו נאש או לכלבים ואני יודע כי הם אנשי חסד ורחמים ויקברוני בכבוד ותעש כאשר ציוה והם אמרו חלילה לנו מעשות זאת לאדונו משיח ה' מלך וכהן גדול ואם חטא מיתתו תהי כפרה ואנחנו נספדהו ונבכהו ועל צוארנו יצא ארונו ונקברהו במעלת קברי המלכים ויעשו כן: *cum videret uxor eius, quòd abiret viam univerſæ carnis, flevit coram ipſo vehementer, diſens: ad quemnam oculos meos attollam poſt te, qui tot afflictionibus multaſti Phariſæos, quos totus populus veneratur? reſpondens ille, ac lamentari prohibens, dixit: benè tibi conſulam, modò auſcultes, proſperaberis & regnabis ſi obſecundas. Ecce morior ego! ſed nemo quiſquam in mundo ſcit hoc: ſimula igitur ægrotare me tantùm, ac neminis acceſſum ferre. interim clam aromatibus condi, & bellum ſtrenuè continua, donec urbem (Ragab.) occupes. poſtea dic ei: Alexander hoſtis veſter mortuus eſt. ſi vultis, cremate illum igni, vel objicite canibus. at ſcio certiſſimè Phariſæos eſſe viros miſericordes & bonos, meq; decenter ſepulturos. Fecit ergò ſic ut inſtructa erat: tumipſi reſponderunt; Abſit hoc grāde neſas procul à nobis! ut ſic retribuamus Domino noſtro, unctō* DEI, *Regi ſimul & Pontifici. Quicquid in nos peccavit, expiatum eſto illius*

morte

mortenos. verò plangemus ipsum & lugebimus. Superque nostros humeros *exportabimus feretrum eius, ac sepeliemus in monumentis regijs: quod & factitatum est.* confer. Iosephũ. l. 13. antiq. c. 23. Et rectè quidé nam hoc solum est officium quod remunerationis nullâ spe suscipitur, quod nec is qui præstat sibi cito referri optat, nec is cui præstatur sentit. Maym. H. Efel. init. c. 14. מצות עשה של דבריהם לבקר חולים ולנחם אבלים ולהוציא המת וללות האורחים ולהתעסק בכל צרכי הקבורה לשאת על הכתף ולילך לפניו ולספד ולחפור ולקבור: *hæc sunt monita sapientum; visitare decumbentes, consolari lugentes, efferre mortuos, comitari viatores, & occupari cunctis necessitatibus funeris: scilicet exportare super humeros, præcedere, plangere, fodere, sepelire.* Herodem sic extulerunt per ducenta stadia, itinere sesquitriduano, usque ad castellum à se denominatum, lecto purpureo & gemmeo, quingentis thura ferentibus, comitibus etiam multis Germanis militibus & Gallis. Ioseph d bell. l. 1. c. ult. & iterum Iosipp. m. p. 124. הורודוס צוה לפני מותו לקברו בארודיאן רחוק מירושלים מהלך ב׳ ימים וחצי וישכיבוהו במטה מצופה בזהב וממולא באבנים יקרות ועל ראשו כליר ממולא באבנים טובים ועליו כתר המלכות וביניו שרביט המלכות וכל הנכורים סביביתיו לבושי שריונות וחרבותיהם שלופות בידיהם וכובעיהם בראשיהם כימי מלחמותיו וארקילוס בנו המולך בא אחריהם ואחריו כל עם ישראל וחמשים מעבדיו סובבים המטה איש איש במקטרת זהב בידו ושורפים עצי בשמים לרוב מאד ומשליכים על המטה מר דרור בכל עת וגדולי ישראל נושאים אותו על צואריהם והולכים בנחת ובכבוד עד אשר הניעו לא נעשה כמוהו לכל מלך: *Iusserat Herodes ante obitum, sepelire se in Herodion, à Ierosolymis itinere duorum dierum & semissis distante. Collocarunt igitur eum in lecto deaurato & lapidibus preciosis referto, capiti peplum imponentes, itidem gemmis repletum, super quo corona erat regia, & manu tenebat sceptrum circundabant eum fortissimi quiq; loricas induti, strictos verò gladios manibus gerentes, & in capitibus galeas, ut in bello solebant. Archelaus filius ac heres regni, post illos medius incedebat, reliquus autem populus omnis penè sequebatur. Quinquaginta ministri ad latus feretri, gestabant totidem aurea thuribula, lignum odoriferum adolentes maximâ copiâ, & myrrham purissimã continuè injicientes. ferebant eum magnates Israël suis humeris, tardè ac graviter incedentes, cum honore, usq; dum eò pervenissent. quod vix adeò solenniter contigit ulli regum.* Aliàs de privatâ processione disputant Rabini, quot personæ juxta se ire debeant? uter sexus præcedere? vetantque fandalia pedibus inducere. Causam audi ex ipsis H Efel. c. 4. סובלין את המת על הכתף עד בית הקברו ונושאי המטה אסורין בנעולת הסנדל (סנדל מותר לצאת בפחות בזוי לצבי

זה מת) שמא תפסק רצועה מסנדלו של אחד מהן ונמצא מתעכב מן
הטצוה: *efferunt defunctum humeris (nec vehunt lectica.) usq; ad sepulchretum, sed latores prohibentur calceari sandalijs, [quamvis R. Isaac Corbeilensis in compendio præceptorum permittat, ab ostio domus, ad necessitates demortui] nè fortè rumpatur corrigia cuiusdam, & illud processionem impediat.* levicula sanè sollicitudo, discalceare bajulos nondum valens. fin c. 12. מקום שנהגו נשים לצאת לפני המטה יוצאות
לפניו (מפני שהן גרמו מיתה לעולם) לאחר המטה יוצאות לאחריו (משום
כבודן של בנות ישראל שלא יסתכלין בהן האנשים.: בירושלמי)
est locus ubi mulieres solent præcedere, feretrum ibi præcedant sanè; quia illæ mortem introduxerunt in mundum: (gen. 3. 6.) est alius ubi sequi solent, ibi sequantur: ob honorem filiarum Israël, & nè quis fortè masculus illarum aspectu incendatur, ut explicat Talm. Ieroſol. ſeq cap. 13.
אין שורה מחותה מעשרה אנשים
in qualibet seriè non pauciores decè personis incedunto An etiam Siti ines adhibuerint veteres hebræi, equidem ignoro, inquisivi curiosè sed nondum reperi ullum eius vestigium nisi fortè הַמְקוֹנְנוֹת *lamentatrices* fœminæ, 'erem. 9.17. huc referri debeant, quæ anus precio conductæ, ululatu suo lugentibus lachrymas eliciebant; ut apud Romanos Præficæ. Maym. H. Efel. cap. 12. init. כשמבד כבוד המת הוא לפיכך כופין את היורשים
ליתן שכר המקוננים והמקוננות וסופדין אותו ואם יצוה שלא יספדוהו
אין סופדין: *quia planctus vergit in honorem defuncti, ideò tenentur hæredes mercedem dare planctoribus & planctricibus, ut hoc officium præstent: nisi demortuus ipse testamento vetuerit.* At hoc voce præstabat non organis. quid ergò sibi vult ille tumultus Auletarum in Evangelicâ historiâ Matth. 9.23. apud filiolam primatis exanimem? videntur hoc à gentibus, quorum sub potestate fuerant didicisse. Romani enim tubicines & tibicines adhibebant, qui quod apud *Siros* h. e. vitâ functos canere solerent, propr o vocabulo *Siticines* dicti sunt, teste Agellio. l. 20. c. 2. ex Atei cõjectaneis. ubi addit saltabundos cecinisse, genus saltationis quod inde *Sicinnia* vocârint: vel quod eo concētu mœstos à luctu abducere, aut in eum contra vehementius impellere, vel etiā spectra voluerint abigere. Pythagorici exilimabāt animæ gratiâ fieri, quæ sic jucundius ad originē suam, cælos nempe harmonicos revertatur. alij putant testimonij causâ introductū quod aliquis nec apertâ vi ferri, nec insidijs veneni clandestinis obierit. Seneca in Apolocynthosi Claudiana jocum hinc captat: tibicinū, cornicinum & omnis generis æneatorum turbam sic perstrepuisse, ut vel ipse defunctus exaudire potuerit. inde igitur à victore populo, ad

lo, ad Iudæos, ut alia multa emanasse credibile est. Illi cum ad sepulchrum devenitur, orant hodie peculam quandam, צדוק הדין vocatam, quæ in libellis *Siddur Tphillos* ferè ultima est, sed in meo exemplari Homovienſi pag. 53. extat. ob prolixitatem exſcribere nolo, argumentum brevirer est hoc; DEVM *esse justißimum; nemini moriendo fieri injuriam. quis enim dicere ausit, quid facis? ipsum pro placito vivificare ac mortificare. Rogant ergò velit parentibus & liberis parcere, memoriam eorum non prorsus delere, oculos verò super hunc populum jugiter apertos habere. Addunt; etsi quis vel mille annos viveret, nihilo tamen plus lucraturū. Iterum fatentur judicia* DEI *justa esse omnes animas habere in sua potestate. Orant velit Angelū mortis inhibere. tandē acquieſcunt in illo Iobi; Dominus dedit, idem & auferēdijus habet. &c.* An etiam vultus ſepeliendorum, noſtro more ad ortum ſolis convertāt, neſcio; oraturos quidē illuc reſpicere ſcio, ſæpe enim in illorū ædib⁹ eam plagam, inſcripto nomine בוזרח *notatam obſervavi. hoc etiā* certum est, faciem ſemper vertere ſurſum, egeſtam humum reponere, mœſtumque VALE dicere relicto. H. Efel. cap. 4. חופרין בעפר סערות ועושין כוך בצד המערה וקוברין אותו בו ופניו למעלה ומחזירין העפר והאבנים עליו ויש להן לקבור בארון של עץ והסלין אותו אוסרין לו לך בשלום: *effodiunt in terrā ſpelunçam, & in eius latere cavernam (id notandum propter formam ſepulchri Salvatoris, quod oſtium habuit, Matth. 27. 60. per quod mulieres ingredi potuerunt. Marc. 16. 5.) ibi ſepeliunt eum, facie ſurſum locatā, & reſtituunt glebas atq, lapides in locum. Vtuntur etiam feretrū ligneū. & qui funus comitantur, dicunt, ſolenniter:* VADE IN PACE. Singulos ſepeliunt ſeorſim, niſi fortè mater unà cum infante obierit. cap 14. poſt med. אין קוברין מת על גבי מת ולא שני מתים כאחת שכיון הוא וקשין היוצא עם אמו נקבר עמה *non ſepeliunt mortuum unum ſuper alterum, nec duos ſimul quid id ignominioſum haberetur. at parvulus qui unà cum matre effertur, poteſt apud eam relinqui.* Quod verò mortui ſupellectilem attinet, quâ in ægritudine uſus est velut pulvinaria, linteamina vaſcula &c. non putant decere ut quis alius iſtis poſt obitum poſſeſſionis utatur. ideò ſoliti ſunt & illa unâ cum defuncto ſepelire, præcipiunt tamen ſapientes, cavere, nè quid facilè unà defodiatur, quodaut prætioſum ſit, aut honeſtius utiliuſque poſſit egenis erogari. Eod cap. 14 paulò poſt חיץ בהנאה כולו הטת אסיר משערו שהוא סותר בהנאה מפני שאינו נופל יכן ארונו וכל הכריכין אסרין בהנאה אבל כלים המוכנים לתכריך לא נאסרו אפילו ארון בנוי עד שיניח במטה הנקברת עמו שאין ההוצנה אוסרת כל הכלים

שורקים על המת על המטה אסורין שלא יתחלפו בתכריכין היו אבל
ראשו מורקים כלים בחמתן על המת מצות על אחרים להצילן ואם
הגיעו למטה שוב אין מצילין מלמדין את האדם שלא יהא חבלן ולא
יפסיד את הכלים וישליכם לחבלה מוטב לתתם לעניים ואל ישליכם
לרשה ותולעה וכל הטרבה כלים על המת עובר בלא תשחית:
nulla portione cadaveris fas est uti; exceptis Capillis, quia non sunt partes corporis integrantes. sic & involucra vel loculum ad alios transferre usus prohibitum est. At vasa quæ mortuo tantum destinata fuerunt, etiam textura vestis ipsi parata, non prohibita prius quàm lectum tetigerint, qui unà sepeliendus est; nec obest sola præparatio. Utensilia quæ sparsa vel strata sunt super decumbentem, non licet cùm alijs vilioribus involucris permutare. Quod si parentes infervore affectus ea sternere super liberos cōnētur, debent illa redimere circumstantes: nisi jam lectum attigerint, quo casu redemptio est irrita. Docendi tamen sunt homines, nè sint dissipatores vel assuescant intempestivis perditionibus. præstat enim ea dare pauperibus, quàm sic inutiliter vermibus objcere, quicunq; multiplicat vasa feralia, peccat contra legem de non perdendo (quam supra explicavi.)

Alia verò fuit regij funeris conditio. quæcunque ibi cum privato sepeliebantur in terram ea hîc in honorem regis comburebātur perignem; selectissimâ myrrhâ & plurimo thure fotum. non ulli parcebatur findòni, non pretiosis peristromatibus non aulæis, non cervicalibus: ipsæ sellæ regales, ex arbore בורנק in nascentis honorem & felix omen plantatæ, cremabantur. solum sceptrum & corona non conflabantur, sed recondebantur unâ cum cadavere; prout suprà in Herodis funeratione memoravimus. R. Bachai P. schoph. & R. Mos. B. Maym. Hal. Mel. cap. 2. §. 1. אין משתמשין באחד מכל כלי תשמישו וכשהוא מת כולן נשרפין לפניו
non utuntur ulla supellectile regali, (quæ ad personæ majestatem propriè pertinet) sed cum ille moritur comburunt universam coram ipso. Idemque Rabinus ad fin: H. Efel: cap. ult. מלך או נשיא שמת יש להן לשרוף מטתו וכל כלי תשמישו ואין בזה דרך האמורי ולא משום השחתה שנ' בשלום
si quis rex aut princeps moritur, licet concremare lectum eius, unà cùm utensilibus cunctis. neq; hoc fit emulatione Amoræorum (gentilium.) aut perdendi tantùm animo (sed in honorem regis, quem ipse DEUS approbavit. Ierem: 34. 5.) sicut dicitur: in pace morieris & juxta combustiones patrum tuorum, in regno antecessorum, comburent tibi; solenne illud חוי אדון HEU. DOMINE! *acclamantes.* Eandem quoque protestationem reperio in Talm. Mass. Elilim (quæ jussu Concilii Tridentini, in editione Basileensi tota est omissa.) pag. 81. a. שורפין על המלכים ולא סדרכי האמורי

חאמורי דכתיב ובחוקיהם לא תלכו אלא דכולי עלמא שריפה לאו חוקת הוא אלא חשיבותא הוא (פי' מי ששורפין עליו מראין שמיתתו חשובה) *Busta regia non sunt ex consuetudine Amorrhæorum (quo nomine Romanos per metathesin sapè indigitant) de qualibus præcipitur (levit. 18. 3.) in statutis eorum nè ambuletis. sed totus mundus novit hanc combustionē esse honorificam ei, ob cujus mortem instituitur.* Magna est diversitas inter hæc hebræa busta & Romana: hebræi suppellectilia tantùm, & quidem solius magnatis; Romani verò ipsa corpora, ut plurimū quoque plebejorum cremabant, struentes rogum è nudibus lignis, asciâ non politis (Plinij tamen ætate contra prohibitionem asciatis & pictis, lib. 35. cap. 7.) aliquando cupressinis adversus fœtorem, aliàs ferè iliceis, ob faciliorem conflagrationem pice illitis, formâ quadrangulari qualis est ararum, altitudine pro divitiarum modulo fastigiatâ intervallo bis mille passuum ab urbe, aut sexaginta pedum à quavis casulâ, propter flammæ periculum ibi reponebant mortuum unà cum feralî lectulo, in quo animam exhalârat, accendebantque rogum consanguinei, vultu aversо facibusque retrorsum subditis, plebe interim sinistro gyro ter circumcursitante. Notat Kirchmannus in eruditissimo tractatu d. fun. Rom. lib. 3. c. 2. pag. 333. fuisse denis virorum corporibus, singula muliebria plerunque appositа. quæ ob pinguedinis abundantiam arderent facilius. Hoc solum habuerunt suo modo commune cum hebræis, quòd arma & vestimenta, muneris loco in rogum conjecta combusserunt; quem tamen luxum supra dicta lex sumptuaria de tribus riciniis ex Cicerone allata cohercuit. Illud verò crudelius erat, quod non animalia tantùm defuncto charissima, velut equos aut canes, ad rogū mactata ignibus injecerunt, sed aliquando etiam homines captivos aut servos mercati, & in societatem illustris cadaveris immolatos, concremasse leguntur; manes humano sanguine propitiari credentes. Plausibilior illorum conditio, qui defuncti amore in rogū sponte insiluerunt, quod de quodam Catieno Philotimo refert Plinius, sub fin. c. 36. l. 7. patronum sic dilexisse, ut ab eo hæres omnibus bonis institutus, in rogum ultrò se conjecerit. Et apud Indæorum viduas crebrimè fieri, præter Ciceronem 5. Tusc. multi authores tradunt. Ælianus etiam d. hist. anim l. 7. c. 40. Poli cujusdā tragædi canem, cum herus pro more cremaretur, in vivicomburium ad altorem suum alacriter semet præcipitasse narrat. Insigniter verò stultum fuisse oportet philosophum illum, nomine ac mente Peregrinū, professione Christianū apostatā, qui ex ambitione mera & ut spectatoribꝰ materiā sermonis præberet, olympicis ludis in pyrā se cō jecit volensq; ustulavit, quē falsè ridet more suo Lucianꝰ, peculiari

dialogo, & familiariter se noviſſe ait Agellius l. 12 cap. 11. verùm quo me trahunt ethnici? revertor ad hebræos qui in ſui regis Aſa funere, combuſſerunt combuſtionem magnam valdè 2. par. 16. v. ult. non nemo interpretum opinatur ipſum corpus cremaſſe; at ego lectum cum aromatibus tantum deflagraſſe ſtatuo, quia eod. v. ipſum cadaver diſertè humatum eſſe dicitur. R. Sal Iarch in gloſs. cineres loculo inſperſos ait. מיני בשמים מרוקחים בסר קטות מעשה רוקח שרפו לו לאפר ואותו אפר זורו עליו כמו ששורפין על המלכים *ſpecies aromatum arte pigmentaria compoſitorum cremarunt in modum pulveris, eoq; reſperſerunt ipſum; ſicut ſolent facere regibus.* Ita & in Zedekiæ ſepulturâ plur mum ligni odorati & condimentorum fuit combuſtum, quamvis ipſe captivus erat, & ab anteceſſum majeſtate plur mum deſciverat, oportebat tamen prophetiæ verbum impleri, Ierem. 34. 5. ad quam R. Dav. Kimchi notat in marg. אעפ שנקרו עיניו כיון שלא יפות בחרב ויפות על מטתו ויעשו לו כבוד כמו שעושים למלכים והו בשלום ורו"ל אמרו בשלום שמת נבוכדנצר בימיו *licet oculos eius eſſoderint, (chaldæi, 2. Reg. 25. 7. catenis ipſum deducentes Babylonem; nè videret regionem, juxta vaticinium Ezechielis cap. 12. verſ 13.) tamen non morietur gladio (violentâ morte) ſed ſuper lectum ſuum, & eius cadaveri honorem habebunt ut ſolent regibus: hoc vocat Ieremias* in pace mori *Sed & illud eliciunt inde Magiſtri noſtri, p. m. ideò dictum* in pace, *quia hoſtis eius Nebucadnezar ipſo ſuperſtite mortuus.* de quo R. Sal. I. ad eund. loc. כל ימי נבוכד נצר לא יצאו אסיריו מאסיריהם וכשמת בבוכדנצר יצא צדקיהו מבית האסורים ולא חרת את *quamdiu vivebat Nebucadnezar, non dimittebantur captivi è carcere ſuo: at cum moreretur, ſtatim dimiſſus fuit Sedekias, & poſtridie ipſemet defunctus, quem tali honore ſepelierunt. (diſpiciant chronologi an hæc cum temporum ratione ſatis concordent: certum quidem eſt Iiberum obiiſſe.)* De Saulis ἀυλίχεις ἀκεφάλῳ cadavere incertum eſſe video an vel quatenus crematum fuerit Targum arma tantum & aromata non corpus ipſum, combuſta fuiſſe ait. 1. Sam. 31. ult. קָלוּ עֲלֵיהֶן כְּמָא דְקָלוּ עַל גּוּלְפֵי תַּמָּן *aſſerunt propter eos, ſicut urunt propter reges ibi.* contra noſtrum aliqui exiſtimant ipſa corpora regis & filiorum igni fuiſſe cremata cineres verò demum ſepultos. R. Dav Kimchi mediâ quaſi viâ incedit, quoniam & combuſt onis & humationis fit mentio, putat carnes quidem jam putridas & à vermibus rodi non dignas crematas fuiſſe, oſſa verò ſub quercu ſepulta יתכן לפרש כי הכשר שרפו שהעלה הסה ולא רצו לקרוס עם המלכים כי לא היה דרך כבוד ושרפו הבשר וקברו העצמות תחת האשל ובדברי הימים תחת האלה אשל הוא

גלל

כלל לכל עץ *convenit hoc interpretari de carne, quam vermes jam invaserant, noluerunt unà cum illis roſoribus humare, quia parùm fuiſſet honorificum; itaq́ concremarunt: oſſa verò ſepelierunt ſub nemore. In libris parilip.* (1. cap. 11. v. 12.) *legitur, ſub quercu: quod huic non contradicit, quia generale nomen arboreti, quercetum quoque comprehendit.* Quo modo autem carnes ab oſſibus ſeparârunt? num putabimus Anatomico more abroſiſſe? an verò per elixationem diſſolviſſe? quemadmodum ſuperioribus ſeculis aliqui, nobiliorum cadavera membratim conciſa, in ahenis ad ignem coxerunt, ut oſſa ſeorſim & ab integumento carnis libera ſepelirent: quos Bonifacius octavus ob hanc feritatem excommunicavit. Extravag. com. l. 3. tit. 6. d Sepult. aut an fortè cadaverum ſemiuſtulatorum oſſa exemerunt facilius? miror quomodo Romani olim cineres oſſium à reliquis in ſolenni oſſilegio diſcernere potuerint? poſtquam rogus vino erat reſtinctus, quod Numa prohibuiſſe videtur lege poſthumiâ, quæ apud Plinium extat. l. 14. c. 12. & inopia vini ſancita eſſe dicitur, noſtri verò critici putât eſſe συμποτικὴν & vivis compotoribus vinum potius indulgere, quàm rogis defunctorum. Apud hebræos iſte honor buſti non regibus tantùm, ſed & ſynagogæ præſidibus fuit habitus, quòd ſapientiâ ſua & officii dignitate illum mererentur, cuius notabile exemplum legimus in Talm. Maſſ. Afoda zara (per Tridentinos ut ſupra dictum eſt. execta. pag. 11. fac. a. כשם ששורפין על המלכים כך שורפין על הנשיאין ומה הם שורפין מיטתן וכלי תשמישתו ומעשה שמת רבן גמליאל הזקן ושרף עליו אונקלוס הגר שבעים מנה צורי (משמע הכסף שרף צורי משקל של עיר והוא עשרים וחמשה סלעים והסלע ארבע דנרים והדינר הוא משקל זהוב קישטנטינה כלי תשמיש היו שוין עץ מנה) *quemadmodũ, cremant propter reges, ita & propter Synedrij Rectores quid autem cremant? lectum & utenſilia eorũ. Accidit cum moreretur Raban Gamaliel ſenex, ut combureret propter eum Onkelos proſelytus ſeptuaginta Minas Tyrias. Scholiaſtes hoc interpretatur de argenteo valore combuſtorum, dicens hoc pondus Tyrium continere XXV. Sela, & quodlibet Sela æqui ponderare quatuor Denarios, ſive* (*quod tantundem ſit.*) 4. *aureis Conſtantinopolitanis. combuſſiſſe igitur utenſilia quæ 70 Minis* (*h. e. ſeptem mille denariis.*) *æſtimarentur.* ubi obiter obſervandum errare illos, qui Onkelum in præceptoris funere, totidem libras Thuris adoleviſſe vulgò tradunt. non videntur ipſimet hunc locum Talmudis inſpexiſſe, ſed è latinâ quadam citatione quantum auguror, ubi fortè *Thuru* pro *Thyris* ſcriptum erat nimis ſecurè ut fieri amat, tranſſumpſiſſe: quo præjudicio ſuo meque pridem ſeduxerunt, ut in *Bechin happer* p. 25. id perpe-

ram æmulatus fuerim. corrigat qui exemplar habet (nam errorem retractare nil pudet.) atque aliena verba cautius mercari, meo exemplo discat. verùm de tali thuris prodiga cumbustione, memini referre Plinium l. 12. cap. 18. quod Nero princeps novissimo pompæ (rectius alibi Poppeæ) suæ die tantum concremârit, quantum ex peritorum æstimatione non ferat annuo fœtu Arabia. felix alioquin hac sepulturæ luxuriâ: cum Dijs per singulas tantùm micas dari soleat. Erat Onkelos ille, paraphrastes Chaldæus, cuius Targum etiam nunc hodie legimus. Baal-Iuchasin existimat eum fuisse filium sororis Titi Imp. sed R. David in Zæmath. p. 40. b. rectè distinguit illum ex temporum ratione, ab altero quodam Synonymo, quem evexerat Titus ad principatum. Talm. c. 5. Gittin. Gamaliel verò cuius honori sic litatum est, erat ipse præceptor S. Pauli, ad cuius pedes Apostolus Pharisaismum didicit. Act 22. 3. in libris Rabinorum vocatur *nepos* Hilletis נכדו, non verò Simeonis filius (ut alias à parentibus immediatè denominari solent.) procul dubio quia grandævus ille Simeon Hillelides, de religione suspectus & invisus esse cœperat, postquam infantulum Iesum ulnis amplexus est Luc. 2. 28. vnde nec in Pirke-afot cæteris annumeratur. Confer Abbrev. Cl. Buxtorfi. p. 151. Arbitror ideò tàm honorificè crematum fuisse, quia sumptuosius sepelire aliter, aut affectum testari erga benè meritum, non poterant, testamento morientis prohibiti. Zæm. Dav. fol. 36. b. רז הזקן צוה קדם מותו להוציאו לקטורה נכלי פשתן כי קודם זה הוציאו את המתים בכלי פשי והיה הוצאת המת קשה לקרובין יותר מסיתתו כדאיתא בפרק שני דשבת *Rabas Gemaliel senex præceperat ante obitum, ut se vilißimâ veße lineâ sepelirent. nam prius consueverant mortuos in holosericiis efferre, ut sepultura consanguineis gravior fuerit (minusq; tolerabilis) ipsâ morte, sicut est in Talm. cap. 2. Mass. Schabb.* Non dubito quin tota etiam Synagoga, capite suo privata cessarit aliquandiu. Nam solent post mortes Rectorum integro mense feriari, imò post gregarii cujusvis discipuli obitum ociari totas dies. Maym. H Efel. cap. ult. תלמיד חכם שמת אפילו היו עמו עד ס׳ רבוא מבטלין תלמוד תורה להוצאתו ואם היה מלמד לאחרים אין לו שיעור אלא מבטלין הכל : ואם ונשייא שמת אין מבטלין ישיבתו יתר על שלשים יום : *si studiosus sapientiæ moritur, quamvis habeat sexaginta myriades condiscipulorum, tamen cessant omnes à studio, donec eum extulerint. Si talis est qui jam alios docuerit, non habet æstimationem (numerus collegarum) sed vniversi vacant funeri. Non verò cessat Academia post obitum Rectoris plusquam triginta diebus.*

Reverta-

Revertamur à bustis & cœmiterio domum. ibi videre est quo modo in reditu evulsa gramina ter retroijciant pio sanè ritu, ob spem & symbolum resurrectionis. acclamant enim illud Psalmi 72. v. 16. יִצִּיצוּ וְיִפְרְחוּ תִּשְׂאֵם כְּאֶרֶז *florebunt & germinabunt instar graminis terræ* (*quod post hyemem primo vere renascitur, quamvis totum exaruerit.*) In Sidd. Tphill. p. 54. dicitur quosdam acclamare זָכוֹר כִּי עָפָר אֲנַחְנוּ *meminerimus nos pulverem esse* forte illud solent in brumâ, quando nil viride præstò est, sed glebas retroijcere coguntur. additur ibid. post manuum ablutionem dicere בִּלַּע לָנֶצַח וּמָחָה אֲדֹנָי יְהוִה דִּמְעָה מֵעַל כָּל פָּנִים וְחֶרְפַּת עַמּוֹ יָסִיר מֵעַל כָּל הָאָרֶץ כִּי יְיָ דִּבֶּר *deglutivit mortem in æternum, & abstersit Dominus* DEUS *lachrymas ab omni facie; opprobrium populi sui removebit ab omni terra; quoniam os Domini locutum est.* (*Esaiæ* 25. *vers.* 8.) hæc rectè. ideò etiam sepulchreta non vocant בֵּית מֵתִים *loca mortuorũ* sed בֵּית חַיִּים *loca vivorum* fiduciâ resurrectionis. Minhag. c ult. Errant ergo illi & rerum Iudaicarum non satis periti sunt qui resuscitationem eos negare asserunt. quæ enim de perpetuâ morte impiorum dicunt, non aliter accipienda sunt, ac nos sentimus de secundâ & æternâ illorum morte, ex 2. Thess. 1. 9. Apoc. 2. 11. & 20. 14. legat qui dubitat eorum confessionis articulum, inter XIII. postremum, à Maymonide conceptum qui extat in opere Talm. Sanhedr. p. 121. b. præsertim quæ eadem Massichta, c. ult. Chelek, contra veteres Sadducæos argutè disputarunt. p. 90 & 91. quomodo R. Meir, Cleopatram reginam de hâc scisitantem, per varias similitudines erudierit. &c quæ brevitatis gratia omitto; id solum nunc attingens, quod quidam Rabinus à piratis captus, uxori pudicitiæ caussâ periclitanti respondit, de resurrectione submersorum quia memorabile est Cabal. R. Abrah. Levit mihi p. 13. יצא מסרינת קורסונא שליש סמינח על ציים שטר בן דמאתין שלחו מלך ישמעאל בספרד ושטר עבר אל רחמאן אלנאצר להלך עד חוף הים של ארץ ישראל ומצא אניה ובה ארבעה חכמים גדולים הולכים לסרינת ספסתין וכשב האניה ואסר רבינו משה אביו של ר׳ חנוך עם אשתו ובקש השליש לכפותה ולענותה כי היתה יפה ביותר והיא צעקה אל אשה בלשון קדש ושאלה מסטו אם הנטבעים בים חיים בתחיית המתים אם לא והוא השיבה אז ה׳ מטבען אשיב מסצולות ים וכשמעה דבריו *è Cordubâ Hispaniæ solvebat gubernator quidam classis, nomine Demachin, quem præfecerat rex Saracenicus Ebedalrachman. alnazar, & pertingens ad littus Palestinæ, offendebat navem in quâ quatuor eruditi Iudæi, Sebastiam proficiscentes; eam subegit, & in*

gavit inter ceteros etiã R. Mosen patrẽ R. Chanochi, unà cum uxore sua. Cũ autẽ ea valdè pulchra esset conabatur ille Admiralius, ut vocãt, eã vitiare per vim, clamabat ergò ad maritum, & sciscitabatur hebraicè, an etiam submersi, olim in extremo die, equè ac in terrâ sepulti sint resurrecturi? respondit ille ex Psalmo 68. v. 23. Dixit Dominus, è Basan reducam, reducã è profunditatibus maris. itaque hoc versu audito præceps exiluit in mare, submersa est, & morte castitatem redemit. Pergo ad Luctum is brevior erat vel longior, pro dignitate mortui, communi erunius hebdomadis. H. Efel. c. 13. med. אין בוכין על המת יתר משלשה ימים ואין מספידין יתר משבעה בלא בשאר העם אבל תלמידי חכמים הכל לפי חכמתן ואין בוכין עליהם יתר משלשים יום שאין לנו גדול כמשה רביט וכתיב ויתמו ימי בכי אבל משה וכן אין מספידין יתר על י"ב חדש אין לנו בחכמה גדול מרבינו הקדוש וי"ב חדש בלבר נספר: *non deflent mortuum ultra triduum (lachrymantes.) nec lugent ultra septiduum (in terrâ discalceati sedentes.) intellige hoc de vulgo. nam sapientiæ studiosos plangunt pro modulo eruditionis illorum. non tamen quemptam deflent ultra mensem, nec lugent ultra annum. Ecce enim nunquam habuimus majorem Mose nostra Præceptore, & de illo scribitur (Deut. ult. vers. 8.) triginta diebus finitum esse fletum. sic nec ullum habuimus doctiorem R. Iehudá sancto (qui à morum honestate sic denominatus, collegit librum Mischnaot, Imperatori Antonino familiariter notus, è familiâ Hillelis & ipsius Davidis, itaq; Christi cognatus juxta carnem.) & tamen non ultra XII. menses continuarunt luctum.* quod idem etiam R. Bachai P. Vajechi circ. fin. ijsdem penè verbis recensèt. Ob parentes tamen liberi lugent quoque annum, & interim orant pro ipsis quotidie peculam Kaddisch appellatam, ut citius è limbo Iudaico ad plenam paradisi fruitionem pertingant; quod est à superstitione posteriorũ seculorum, & Akibæ commentum. non tamen quis facilè continuat usque ad finem anni, quando impijssimi demum liberantur, quòd nemo filius patrem suum tàm malignum fuisse præsumat. Synag. Buxt. c. 35. p. 504. edit. lat. Celebrant etiam anniversaria jejunia, quotannis eâ die quâ mortuus est, unde quæstio ipsis perplexa oritur, quandonam jejurandum sit, si quis in intercalari mense Veadar obierit, qui non quovis anno recurrit? Minhag. ult. Itẽ unde numeratio incipiat si peregrè absenti mors amici nuncietur. H. Efel. init. c. 7. ubi plures ejusmodi casus magistraliter decidũtur, quia luctus penè pro parte sacri cultus habetur. Idem c. 12. post init. כל המתעצל בהספדו של חכם אינו מאריך ימים וראוי ליקבר בחייו אבל המוריד דמעות על אדם כשר הרי שפרו שמור על כן אבל הקב"ה *quietung, pigrescit in planctu sapientis, non prolongabit dies suos, vel ùm*

verbum dignus est ut sepeliatur vivus. contra qui lachrymas largiter emittit ob virum bonum, eius merces reservatur apud DEUM *opt. Max.* Herodes malè sibi conscius, & metuens nè hoc luctus honore privetur, aut Iudæi pessimè à se tractati, emortualem in festivum diem convertant præcepit in agone nobilissimos illorum capi & in hippodromum concludi, atque cùm primùm animam efflaverit, à circumfuso milite occidi, ut vel invitus Israël ipsius fatoillachrymetur: quod etiam executioni fuisset datum, nisi soror ipsius Salome, pio strategemate usa consilium evertisset. Ioseph. d. bell. l. 1. c. ult. neq; in eo vanus fuit augur: nam celebrant hanc festivitatem adhuc quotannis, hilaritate magna perinde ut ipsius Hamani suspendium. Esth. 9. 27. de quâ in libello Megillas Taanis. cap. 9. בשבעה בכסלו יום טוב יום שמת הורודוס מפני שהיה שונא את החכמים ששמחה היא לפני המקום כשהרשעים מסתלקין מן העולם: *septima dies in mense Cislev. (qui à novilunio nostri Novembris incipit.) festiva est, quoniam ea mortuus Herodes, qui odio persequebatur sapientes (& vel solo infanticidio. Matth. 2. 16. invisus erat meritò.) est etiam letitia coram ipso* DEO *cum improbi tolluntur è mundo.* Servos quoque non plangunt, ita nec minorennes. Maym. H. Ebel. cap. 12. ant. fin. אין מספידין את הקטנים ובן כמה שנים יהיה ראוי להספד בני עניים או בני זקנים כגון חמש ובני עשירים בני שש אחד אחד זכרים ואחד נקבות תינוק שמת כל שלשים יום יוצא בתיק ונקבר באשה אחת ובשני אנשים אבל לא באיש אחד ובשתי נשים מפני שיחוד בן ל יום נמורות יוצא בגלוסקמא קטנה הנטלת באנשים בן יג חדש יוצא במטה: העכדים והשפחות אין מספידין אותן ואין עומדין עליהן בשורה ואין אומרים עליהן ברכת אבלים ותנחומי אבלים אלא אומרין לו כעל שורו או על חמורו הקטן יפלא חסרונך: *non lugent ob parvulos. quotennis ergo debet quis esse, ut luctu dignus habeatur? liberi pauperum aut senum quinquennes, divitum verò sexennes (bodie is respectus opum apud nos invertitur.) sive masculi sint seu fœmellæ. Infans minor trigesimo die, in sinu effertur, & sepelitur coram unà muliere ac viris duobus; non contra, viro uno, mulieribus binis, propter unitatis mysterium. Tricesimo major effertur in parvo capulo axillis sublato. Qui* XII. *menses superavit, cum lecto effertur Servos & ancillas non lugent, nec propter eos seriatim adstant, nec recitant orationes lugubres aut consolatorias, sed utuntur tantum hac formulâ. sicut in ritu bovis aut asini:* DOMINUS PENSET IACTVRAM! Quanam igitur aliàs utuntur in honoratiorum funeribus? init. c. seq. 13. כיצד מנחמין את האבלים אחר שקוברין את המת מתקבצין האבלים והעומדין כצד בית הקבורה וכל המלוין את המת עומדין סביב להן שורה

לפני שורה ובאין אצל האבלים ואסרין להם תנחומי מן השמים ואלו
הולך לכיתו וכל ז' ימים באין לנחמו גם בפנים חדשות
quomodo consolantur lugentes? postquam sepelierunt mortuum, congregantur lugentes, & stant in latere sepulchreti, comites verò funeris circumstant ordine, & accedentes sigillatim dicunt: CONSOLATIO TUA EOSIS! *postea domum itur, & hebdomade totâ veniunt consolatores etiam alij de novo.* Peculiaris est ratio Regis, quem reverentiæ causâ nemo consolabatur, nisi aditus potestate prius humiliter impetratâ. Idem Maym. ad fin. cap. 7. (postquam de Pontificis quoque prærogativâ quædam præmiserat:) נמן המלך חייב בכל דברי אבלות אלא שאינו יוצא מפתח פלטרין שלו אחר מתו ואינו מנחם אבלים אין אדם נכנס למלך לנחמו אלא עבדיו ומי שנתן לו רשות להכנס ואין להם רשות לדבר לו דברי תנחומין אלא כמי שהוא שרשה אותם וכשמברין אותו כל העם מסובין על הארץ והוא סיסב על הדרגש *sis & Rex teneatur quidem omni ritu luctus, nisi quod non egrediatur portam palatij sui, (ut supr. Th. XIII. dictum) neq; lugentes alios consolatur. vicissim nemo hominum consolatur ipsum, præterquam servi aulicis & quibus veniam dedit ad se introeundi: qui tamen ipsi facultatem non habent eum consolandi alijs verbis, quam ab eo permissis. Quando illum recreant, omnis populus discumbit in terrâ, ipse solus reclinatur in grabato.* (*sicut Pontifex ex sellâ.*) Observa, ritus lugentium, quibus & reget teneri ait, numerari undecim. tot rebus abstinere debet etiam ipse. Ibid. init. c. 5. אלו דברים שהאבל אסור ביום הראשון מן התורה ובשאר ימי האבל מדבריהם אסור לספר ולכבס ולרחוץ ולסוך ולשמש מטתו ולנעול את הסנדל ולעשות מלאכה ולקרות בדברי תורה ולזקוף את הפסה ולפרוע את ראשו ולשאול שלום הכל י"א דבר: *hæ sunt res quæ lugenti prohibitæ, prima die per legem, cæteris per magistros: non licet tonderi, lavare vestes, balneare corpus, ungi oleo, servire lecto conjugali, calceari sandalio, facere opus, legere biblia, erigere (vel ventilare) lectum, nudare caput, precari salutem. summa res undecim (quæ sigillatim deinde probat è scripturis & per varios casus explicat, instituto meo futuros nimis prolixos.)* scribere quidem permittit Author Minhagim c. ult. quantum fortè inevitabilis necessitas postulat, sed nil aliud laborare. primâ item die vivunt de alieno, nil comedentes de suo. H. Efel. sub fin. præc. c. 4. audio tunc mitte sicularem inviçem ova, quæ monent Mortis fortunam esse communem, nunc istum mox alium invadere; sicut ova propter rotunditatem loco consistere nescia, facilè, ex uno in alium, provolvantur. fovent quoque lucernam eâ hebdomade continuâ, quia persuasi sunt animas interim aliquoties redire ad locum ubi

separatæ fuerunt, idque Baal Minhag ibid probare conatur ex illo prov. 20. vers. 27. *lucerna* DEI *est anima hominis.* recenset & alia quinque, quæ ex instituto scribarum prohibita sint lugentibus, quovis tricesimo die ab emortuali. omitto talia; qui vult, legat cap. 6. H. Efel. Est tamen hic iterum specialis conditio Regis. quamdiu enim privatis candelam accendunt, tamdiu regia sepulchra scholasticis exercitationibus honorant; quæ justa Hiskiæ primùm solvisse tradunt. Talmud Bafa Kama fol. 16. b. & 17. a. כבוד עשו לו כמותו מלמד שהושיבו ישיבה על קברו (פ' ישיבה הלסידים לעסוק שם בתורה לפי שהרבה תורה בישראל כדאמר שבדקו סדן ועד באר שבע ולא מצאו איש ואשה תינוק ותינוקת שלא היו בקיאים בטומאה וטהרה ולא על קברו ממש אלא ברחוק ארבע אמות' פליגי בה רבי נתן ורבנן חד אמר שלשה ימים הושיבו שם ישיבה וחד אמר שבעה ימים תנו רבנן שיצאו לפנין שלשים ושמה אלף חלוצי כתף (פ' שקרעו בגדיהם עד שנראו כתפיהם) *verba textus* (2. par. 32. v. ult.) *honore ipsum affecerūt; innuit congregasse eatum scholasticū ad sepulchrum eius, hoc est studiosos; ut discerent ibi scripturā; quia multiplicavit legē in Israēl adeò, ut cū explorarent profectus, à Dan usq; ad Beerſebam* (2. par. 30. 5.) *non reperiretur ullus vir aut mulier, imò nè parvulus quidē aut puella, qui nō exercitati essent in discrimine puri & impuri. Non autem super ipsum sepulchrum considebant, nè pollucrentur, quia nefas habetur juxta cadaver sacra tractaret.*) *sed intervallo quatuor ulnarum inde remoti. Dissentiunt tamen de tempore R. Nathan & alii; unus dicit triduo tantum ibi commoratos legi vacasse, alter toto septiduo. Tradunt etiam, præcisse funus triginta sex millia* (*subditorum*) *nudatis humeris, qui vestes cousq; lacerassent ut scapulæ apparerent.* Versantur enim Iudæi, cum nostris purgatorij exsufflatoribus in eâ opinione, quasi defunctorum animæ sciant, quicquid à superstitibus in hoc mundo agatur, non obstante sapientissimi Salomonis effato, Eccl. 9. v. 5. quibus quicquam nosse per expressum negat. Talm. M. Berachot p. 19. a. ר' חייא ור' יונתן הוו שקלי ואולי בבית הקברות היה קשריא תכלתיה דר' יונתן אל ר' חייא דליה כדי שלאן יאמרו למחר באן אצלנו ועכשיו מחרפין אותנו ומי יודע כולי האי והא כתיב והמתים אינם יודעים מאומה אל אם קרית לא שנית אם שנית לא שלשת אם שלשת לא פירשו לך כי החיים יודעים שימותו אלו צדיקים שבמיתתן נקראו חיים וכו' והמתים אינם יודעים מאומה אלו רשעים שבחייהם קרוין מתים שנ' ואתה חלל רשע נשיא ישראל. *R. Chaija & R. Ionathan ferebant* (*ossa transferenda in digniorem locum*) *& abibant ad cœmiterium, ibi sanè propendebant vertebræ cervicis R. Ionathæ* (*in terram*), *dixit ei R. Chaija: quin attahis! nè obiiciant nobis: eras venitis*

ad nos (per mortem in noſtram ſocietatem) & nunc contumelioſè nos tractatis. An ergò (manes) noverunt omne illud? at ecce ſcriptum eſt (Eccl. 9. 5.) mortui non ſciunt quicquam. Reſpondit (nondum tenes mentem textus) quamvis legiſti, fortè non repetiſti, aut ſi repetiſti non iteraſti tertium, aut ſi tertiaſti, non tibi fuit explicatum. (Is autem ſenſus eſt, quando dicit;) vivi noverunt quod mori debeant: loquitur de Iuſtis qui etiam poſt mortem ſuam vocantur vivi. contrà igitur mortui, quos nihil ſcire dicit, (oppoſitionis lege) ſignificabunt Impios, qui etiam dum vivunt mortui appellantur, ut (Ezech. 21. 30.) tu verò conſoße impie princeps Iſrael. &c. Quamvis e iam Chaldæus hunc locum ſic exponat, opponimus tamen, Iudæis quidem gloſſam Aben-Ezræ, qui de *veré mortuis, etiam ſapientibus* interpretatur: noſtris verò inſuper illud Eſa. *63. 16. Abraham neſcit nos, Iſrael ignorat nos.* Ita neque curant an vel qualia ipſis Epitaphia erigamus. Laudo Maymonidem qui cenſet, famâ rectè factorum, quæ in vivâ poſteritatis memoriâ perennat, eſſe ſplédidiſſimum Mauſoleum, quovis marmore durabilius, quavis ſtatuâ pulchrius. cap. 4. Ebel. סציינן את הקברות ובונים נפש על הקבר והצריקים אין בונים להן נפש על קברותיהם שדבריהם הם זכרותם ולא יפנה אדם לבקר הקברות *quidam exornare ſolent ſepulchra, & ſtatuas memoriales illuc reponere: Sapientes verò talia intermittunt, quia recordatio illorum (& mentis verior effigies) manet inſcitè dictis ipſorum. praetereà non quivis (ſpectandi gratia) viſitat iſta monumenta.* Nudæ tamen inſcriptiones nominum & annorum non improbantur, quia hiſtorias & chronologiam juvant. Si petis exemplum, en tibi hoc fœmineum. quod mihi aliquando interpretandi cauſa oblatũ erat. זאת המצבה אשר הוצבה לראש החשובה והחסידה התטימה כ רנקה בת הקר שמואל הלוי שנפטרת בשם טוב ביום ד לח טבת בשנת קלח לפק נשמתה תהא צרורה בצן עין אאא סלע *Iſte cippus erectus eſt ad caput honorabilis, piæ ac integerrimæ Dominæ* REBECCÆ, *filiæ S. R. Samuelis Levitæ (nam hoſce ſolos adhuc dum hodie, in cæterarum tribuũ confuſione internoſcunt.) quæ obiit famâ bonâ, die 4. menſis Tebeth (qui noſtro ferè Decembri congruit) Anno 135. juxta ſupputationem minorem (omiſſis quinq; millenariis; hoc eſt, Chriſtiano 1375.) Anima eius collecta ſit in horto voluptatis (ſive Paradiſo.) Amen. Amen. Amen, Sælah.*

Supereſt ut de Regis Animalibus relictis dicam, hoc eſt, Equis, Servis, Viduis; quid de illis fiat, quandoquidem nemini alteri inferioris conditionis poſt domini fata, permiſſa fuerunt. Equis incidebant ſuffragines, ut poſtea ſeſſorem nõ ferrent alium: id enim putabant honorificum; præterea decere ut in publico luctu animalia quoque bruta condoleant, maximè quæ tantum herum amiſe-

runt,

Sanct. Talmud. M. Asod. Zar. p. 11. a. fin. התנא עוקרין על המלכים אין בו משום דרכי האמורי אמר רב פפא סוס שרכב עליו ובהמה טהורה לא (פי' ואם תאמר ואמאי לא פריך אין כאן תשחתה אלא הוי כמו תכריכין של מאה מנה אלא צער בעלי חיים אין הותר חיש לומר דשאני כבוד המלך שהוא כבוד לכל ישראל ואתי ככור רבים ודחי צער בעלי חיים) *vectus est traditio, enervari (animalia) propter reges: nec tamen hoc fieri emulatione Amorrhæorum. Raf. Pasa inquit; Equum quo vectus sit, non verò animal mundum.* Gloss marg. *sin cogitas hoc fuisse iniquum & crudele, scito non factum perdendi animo, sed reputatum ut centum illa Minæ funebres, at instas: num igitur animata sic affligere licet? respondeo, sit in honorem regis, & consequenter totius populi. publicus autem honor præjudicat dolori privato.* verùm hæc enervatio cautè administranda erat, nè peccarent in legem, quæ vllum animalis membrum discerpere vetat. ideò sequitur ibid. עיקור שיש בה טריפה אסור (פי' אסור לגרום בידים) ושאין בה טריפה מותר ואיזהו עיקור הסנאור פרסותיה מן הארכובה ולמטה (פי' משיר חותך פהסות שני רגליה אכל מן הארכובה ולמעלה טריפר מראסור) *evulsio quæ fit lacerando, prohibita est. nefas enim discerpere manibus. at ubi nulla diruptio accidit, concessa est. Qualis igitur ea? secat equinos pedes à poplitibus deorsum, & sic incidit duos tantum. at non inde sursum, quod vetitum esset.* Hic actus in scripturâ vocatur Eradicatio, cuius etymi rationem reddit R. Dav. Kimchi, radice עקר hisce verbis: כל דבר הנהרס או הנתלש מעקרו יפול בו לשון עקירה כלומר הסרת העקר כי השרש הוא עקר בארמית והפעל הכבד בכריתת עקבי הבהמה כי רגלי הבהמה הם יסוד ועקר לבהמה מה שאין כן באדם לפיכך כנה כריתת עקבי הבהמה בלשון עקירה כמו תלישת הנטוע משרשן *quicquid evellitur vel diruitur è fundamento, dicitur Eradicari, h. e. radicitus extirpari, quia vox* עקר *Chaldaicè radicem notat (ut Dan. 4. 12.) hinc in conjugatione Pihel significat calcaneos animalium incidere. quia enim in jumentis, pedes fundamentum & radix sunt (fortitudinis eorum). secus quàm est in homine, ideò calcium incisura denominatur ab eradicatione plantarum.* Erat iste mos antiquus, non sanè in honorem semper, sed à victoribus alio fine adhibitus. Exemplo Iosuæ, qui cap. 11. vers. 9. de victorum regum currus quidem combussit, equos autem jussu DEI dicto modo enervavit, ne hostibus prodessent. noluit prorsus occidere, nè in animalia fida & innocua præter meritum sævire videretur: nec tamen servare voluit integros. nè Israël sui DEI oblitus in equestri fortitudine spem poneret. sic & rex David mille septingentis equitibus bello captis, currus suos (h. e. curruum tractores equos) enervasse legitur, 2. Sam. 8. 4, ut bello redderet inutiles; so-

los centum selectiores sibi servasse. scilicet ad necessarios usus; quia caballos ad pompam alere, prohibitum erat. supr. Theor. X. Idem caeteris quoque j mentis post fata regis factum, quæ Majestatem ipsius peculiariter ferebant, velut Muli personales, aut Vitulæ curules: quicquid R. Papa contradicat nam ibid mox. corrigitur, & traditur hoc expressè Maymonides, ad fin Hal. Ebhel. עיקרין עולה שהיתה מושכת בקרון שהיה יושב בו מנשר פרסיתיה מן הארכיבה ולשמה מקרב שאין עושה אותה טריסה *enervant vitulam qua olim trahebat Sellam regiam. fecantes ungulas à flexurâ deorsum, quo loco non contingit probrata discerptio.* Servos quod attinet, qui regi ministrassent immediatè, velut cubicularij, atrienses pocillatores, structores, prægustores, armigeri. &c. non decebat ut ab aulâ quod dicitur ad caulam descenderent. & qui magnarum rerum consiliorumque quotidiani spectatores auditoresvè fuerunt, in pistrino deinceps vili operâ vitam tolerarent, pro ambrosiâ furfur edentes. bibentesque pro nectare vappam. ideò reservati fuerunt successori, qui regnum adiens, veteres ministros in clientelam suscepit, nec (ut aliquando solet.) totam aulam periculosâ mutatione statim reformavit Hal Melachim post init. cap. 2. לא ישחטש בעבדיו ושפחותיו ושמטיו אלא מלך אחר *nemo usus est altus, servis ancillis, & ministris ejus. quam heres regni.* Viduæ verò nemini, nè successo i quidem nupserunt. sed in hoc solitario statu perseveraruntad dies vitæ Ibid paulò post אם מת הוא כיון שאי אפשר ליבם את אשתו כך אין חולצין לה אלא תשב לעולם בויקתא *rege mortuo, quia non fas est eam à fratre duci (supr. Theor. IX.) nec solvi calceum (sicuti Ruth. 4. v. 7.) ideò sedebat perpetuò in caveâ sua.* Dura conditio præsertim juvenculis; sed tolerabilior tamen illâ Indorum, de quâ Valer. Max l. 2. sub fin. c 1. *cum more patrio plures eidē nuptæ soleant esse, mortuo marito in certamen judicium q, veniunt. quam ex ijs maximè dilexerit, victrix gaudio exultans, deductaq, à necessarijs, latum præferens vultum, conjugis se flammis superiacit, & cum eo tanquam felicissima crematur: superata cum tristitiâ & mœrore in vitâ remanent.* Vna tamen apud Hebræos in regno successit Solina vel Alexandra, Iannæi, vidua: de qua Iosephus antiq. l 13. cap. 24. Nam Atthalia ochoziæ non vidua sed mater erat 2. Reg 11. vers 1. neutra legitimè: quoniam successio solis filijs debebatur. de quo jam sequenti Theoremat.

ultimo.

Theor

Theor. XX.

Inque locum succedebat Filius.

APud hebræos olim cuncta officia erant hæreditaria, ut semper decedenti patri succederet filius: modò paternæ virtutis etiam hæres esset; quæ sola fuit spectata, non præcipuè peritia rerum. May. H Melach.c.1.§.10. כל השררות וכל המינים שבישראל ירושה לבני ולבן בנו עד עולם והוא שיהיה הבן מסלא את מקום אבותיו בחכמה וביראה היה מסלא ביראה אע"פ שאינו מסלא בחכמה מעמידין אותו במקום אביו ומלמדין אותו וכל מי שאין בו יראת שמים אע"פ שחסתו מרובה אין מסנין אותו למיני מן המנין שבישראל *omnis potestas & omne officium in Israel hæreditarium est ad filios & nepotes in æternum; modò filius impleat locum patris sui cum sapientiâ & pietate. Quòd si pietate tantum sed non sapientiâ ipsi par sit, præficiunt nihilominus officio paterno, & docent id quod deest. At penes quem nulla est pietas, quamvis sapientissimus esset, non promovetur tamen ad ullum officiolum in universo Israel.* Sic igitur & summa h. est Regia potestas in Israel, post Davidem hæreditaria fuit; post Davidē inquam; quia primus Saul ob negligentiam in officio, reprobatus fuit, successione ad filium Isai eiusque posteritatem translatâ unde grandævus David ipsemet successorem designavit filium Salomonem, vivus adhuc. 2. Reg.1.34. R. Ba hai P.Schoph. למען יאריך ימים על ממלכותו הוא ובניו למדך הכתוב שהמלכות ירושה: *verba legis* (*Deut.* 17. v. 20. *ut prolonget dies in regno, ipse & filii eius: docent te quod regnum sit hereditarium.* Non quidem desunt inter politicos, qui liberam Electionem regno putant esse conducibiliorem, quod sic adoptatis conditiones præscrib possint & libertas servàri facilius: cum hæreditas contra sit fortuita, sæpè bono Cyro degener cambyses, aut Tiberio monstrum Caligula, generationis ordine succedant. Verū quia non rarius etiam idololatræ Achaso 2. Reg.16. vice versâ pius aliquis Ezechias 2. Reg.18. 3. succedit, adeoque totum hoc non cæco fortunæ arbitrio contingit, sed ab ipso rerum summo gubernatore DEO, liberrimè dispensatur. prout aliquando peccata nostra merentur, (itaque velut sterilitates, bella pestes & cætera naturæ mala, patienter tolerandum) idcircò mihi hebræorum ratio succedendi semper visa est melior, à prophetis & ipsomet DEO probata, quin & regno regnantique tutior, quotum illud juxta Tacitum

minori discrimine sumit Principem, quàm quærit, iste verò *pluribus quæsi munimentis insistit*, addo & hoc; certâ spe succedendi, diligentius ad pietatem ac regias virtutes educari potest, & imperio maturius præparari. Porrò si filiorum plures erant, succedebat primogenitus vel natu grandior. prout enim quisque potior erat in hæreditate dividenda, sic & in adipiscenda potestate primas tenebat H. Melach. 1. 9. בנהלה קודם לירושת המלוכה והבן הגדול קודם לקטן כל הקודם *quicunq; prærogativam habet in hæreditate, is & in occupatione regni. atq; filius natu major antevertit minorennem.* Quemadm. dũ ergò in parentum bona, liberi non succedebant æqualiter, sed primogenitus capiebat. פִּישְׁנֵי־ *portionem duplam* Deut. 21. 17. ita regni potestatem acquirebat unus ille solus, qui familiæ honorem conservabat, nè patrimonium per divisionem attenuaretur: quandoquidem & subditis conducebat, regi ab uno neque plures habere dominos. Vna exceptio erat pietatis & sapientiæ: cætera corporis vitia regno neminem arcebant. Non autem ungebatur legitimus successor, quippe particeps paternæ vel avitæ unctionis; nisi fortè lis à competitoribus aut æmulis mota id postulasset, Eod. cap. §. 16. Et Bechai Par. Schoph אין מושחין מלך בן מלך אלא אם כן היתה שם מחלוקת או מלחמה מושחין אותו כדי לסלק המחלוקת לפיכך משחו שלמה מפני אדניה ויואש מפני עתליה *non ungunt regem filium regis, nisi dissensio vel bellum inde exiistat. tunc repetunt unctionem, ut præcaveant malum publicum. sic unctus est Salomo propter Adoniam, & Ioas propter Athaliam.* quod supra Theor. IV. fusius declaratum. Quod si regni legitimus hæres, per ætatem nondum aptus erat ad gubernacula, custodiebatur sub tutoribus usque ad annos pubertatis. Eod. cap. 1. §. 9. הניח בן קטן משמרין לו המלוכה עד שיגדל כמו שעשה יהוידע ליואש: *si reliquit minorennem filium, conservant ipsi regnum donec adolescat. prout fecit Iehojada Ioaso* (2. Reg. 11. *vers.* 3.) væ enim terræ cujus rex puer est! Eccl. 10. 16. Cæterum disputant Rabini, an legitima successio fuerit, si quos prophetæ extra ordinem elegerunt, non de familia David oriundos? qualis erat Ieroboam filius Nebath servus in aulâ Salomonis. 1. Reg. 11. 26. quem Achias Silonites in itinere deprehensum, dilaceratione pallij certiorem fecit de imperio super decem tribus. vers. 31. Distinguunt autem inter proprietatem & usum: illam dicunt esse Davidicorum in æternũ: hunc verò ad tempus etiam alijs concessum. Eod. cap. 1 §. 12. & seqq. כיון שנפשט דוד זכה בכתר מלכות והרי המלכות לו ולבניו הזכרים עד עולם שנ׳ כסאך יהיה נכון עד עולם ולא זכה אלא לכשרים שנ׳ אם ישמרו בניך בריתי אעֵ שלא זכה אלא לכשרים לא תכרת המלוכה מזרע דוד

דוד לעולם הקנה הנטיתו נכך שנ׳ אם יעזבו בניו תורתי ובמשפטי לא ילכון ופקדתי בשבט פשעם ובנגעים עונם וחסדי לא אפיר מעמו: נביא שהעמיד מלך משאר שבטי ישראל והיה אותו המלך הולך בדרך התורה והמצוה ונלחמים מלחמות ה׳ חרי זה מלך וכל פעוה המלכות נהגות בו אעפ שעיקר המלכות לדוד ויהיה מבניו מלך שהרי אחיה השילוני העמיד ירבעם ואל אם שמוע תשמע את כל אשר אצוך ובכיתי לך בית נאמן כאשר בניתי לדוד ונ׳ ואל אחיה ולבנו אתן שבט אחד למען היות נר לדוד עבדי כל הימים לפני בירושלם: מלכי בית הדד הם העיטרים לעולם שנ׳ כסאך יהיה נכון עד עולם אבל אם יעמוד מלך משאר ישראל תפסק המלכות מביתו שהרי נאמר לירבעם אך לא כל הימים: אין מושחין מלכי ישראל בשמן המשחה אלא בשמן אפרסמון: וכו׳ *Postquam David in regem unctus fuit, dignus est factus coronâ regni, non ipse tantùm, sed & masculi eius filij in aeternum. quia dicitur (2. Sam. 7. 16. misericordia mea non recedet ab eo, sicut à Saule) sed firma erit domus tua, & thronus stabilis usq; in seculum. Quamvis verò non digni sint nisi probi, juxta conditionẽ (1. Reg. 2. 4 & 2. Par. 6. 16.) si custodiverint fœdus &c. non tamen auferetur regnum à semine David finaliter; de quo* DEVS *ipsum fecit securum. (Psal. 89. 31.) si dereliquerint filij ejus meam legem & in judicijs non ambulaverint, visitabo quidem per virgam eorum prævaricationem, & plagis iniquitatem illorum, at misericordiam meam non prorsus auferam ab ipso. Cum Propheta regem constituit è reliquis tribubus, qui ambulat in viâ legis & præliatur bella Domini, ecce est is quidem Rex verus & omnia Regalia competunt ipsi; at fundamentum regni manet penes familiam David, & debetur posteris illius. Quando Achias Ieroboamum designavit, dixit illi nomine* DEI (1. Reg. 11. v. 38.) *si obedieris jussionibus meis, ædificabo tibi domum firmam, sed & hoc addidit (vers. 36.) filio Salomonis dabo tribum unam, ut semper exstet lucerna Davidi servo meo coram me in Ierusalem (Differunt etiam duratione) Reges familiæ Davidis durabunt in perpetuum, quia dicitur (2. Sam. 7. 16.) solium tuum erit stabile in æternum. sed si quis alius de reliquo Israele præficiatur, cessabit aliquando imperium à domo sua. prout Ieroboamo expressè dicitur (vers. 39.) veruntamen non cunctis diebus. Ideò reges Israel non unxerunt oleo sacro, sed balsamo tantùm.* Et hæc hactenus de piscis Iudæorum regibus dicta sufficiant.

Superest ut de illo dicam, quem tot jam seculis expectarunt avidissimè, MESSIA rege regum, victore pio felice, semper augusto. Est enim status Iudæorum hodie tàm miser, ut nec regem habeant amplius nec rempublicã; itaq, faceret is, si rem sanè gratissimam, si adventum maturaret, ac redimeret à jugo Christianorum,

tanto jam tempore pressos. Id quidem sperant mox futurum, & credunt contra spem in spem; confitentur id etiam publicè in symbolo suæ religionis, articulo penultimo: quem Triumphator R. Matthias, in arcano & manuscripto exemplari Osiandrino (quod indulgentiâ Rev. & Cl. Dn. possessoris penes me nunc est.) hisce rhythmis exposuit:

לב נאמן אנחנו כת היורים	שאנו לגאול עתידים
ויקבץ השי נדחינו	וישלח לנו משיחנו
וישיב העבודה לדביר ביתו	ויקרבנו לעבודתי
וישפח עפו ביסות ענה	וישיב העבודה לישנה
שהורה לאותו זמן נוכח	אם יתמהמה לא נחכה

XII. Credimus nos qui sumus de cœtu Iudæorum, instare nostram redemptionem, quâ recolliget DEUS *Opt. max. dispulsos, & mittet nobis Messiam nostrum. Is restaurabit cultum sacrum in aditu domus suæ, & admovebit nos servitio eius. tunc recreabit populum suum è diebus afflictionis quando restituet cultum prisino vigori. Vtinam celeriter illo tempore nos dignaretur! etiamsi moretur diu, tum tamen propterea non expectabimus?* Qui de hoc dubitat vel minimum vacillat, is habetur pro Apostatâ & abnegetore totius Iudaismi. M. Hal. Melach. c. 11. §. 1. כל מי שאינו מאמין בו או מי שאינו מחכה לבי אתו לא בשאר עבריים בלבר הוא כופר אלא במשה רבינו שהרי התורה העידה עליו שנ׳ ושב ה׳ אלהיך את שבותך ורח׳ *quicunq; non credit in illum, aut non præstolatur eius adventum: is tum cæteris prophetis contradicit, tum ipsi Mosi, quia lex disertè testatur de illo, dicens (Deut. 30. vers. 3.) reducet Dominus captivitatem tuam & miserebitur tui, congregabit te ex omnibus populis quo te dispersit, etiamsi expulsus esses ad extremitates cœlorũ &c.* Et sanè in eo non errant, quod Messias aliquis Redemptor, ante plura quam 30. secula fuerit promissus: nam eius rei fama, in universo propemodum orbe, dudum percrebuit & hâc ipsa dispersione Iudæorum ita est amplius divulgata, ut nemo, nisi planè stupidus ignorare possit. Ibid. ad fin. c. כבר נתמלא העולם כולו מדברי הנשיח ומדברי התורה ופשטו דברים אלו באיים רחוקים ובעמים רבים ערלי לב וערלי בשר והם ניראים וניתנים בדברים אלו הסותרות התורה אלו אומרים מצות אלו אמת היו׳ *totus mundus jam pridem repletus est famâ Messiæ, ac lege Mosis, pertigerũt hæc ad insulas remotissimas, & populos multos magnosque, tam præputiatos corde (intelligit Saracenos atq; circumcisos alios.) quàm præputiatos carne. ipsi objiciunt & respondẽt inde, disputantes de talibus arcanis. Ita omnes illi (tacito consensu) testimonio perhibent legi nostræ, quòd vera sit. (fatemur hoc ultrò scientes non esse librum*

sub sole qui latius pervagáris, qui à pluribus sit cognitus receptusq;, in quem tres præcipua hominum sectæ, Iudæi, Muhammedani & Christiani consentiunt, pra quibus reliqua pars Idololatrarum pro nihilo reputanda.) Videamus verò qualem ipsi Messiam expectent! concordamus & in hoc utrinque, quod præcursorem sit habiturus, virum insignem & publicè notum. c. seq. 12. §. 2. יבוא משמון של הנביאים שבתחילת ימות המשיח תהיה מלחמת גוג ומגוג ושקודם מלחמת יעמד נשיא לישראל להכין לבם של הנה אנכי שולח את אליהו וגו' לשים שלום בעולם של והשיב לב אבות על בנים יש מן החכמים שאמרין שקודם ביאת המשיח יבא אליהו *apparet è textu Prophetico, quod initio dierum Messiæ futurum sit bellum Gog. & Magog.* (Ezech. 38. & 39.) *antea tamen surrecturus quidam princeps Israëlis, qui præparet corda eorum, quia dicitur* (Malach. 4. 5.) *ecce mitto vobis Eliam. pacem faciet in mundo, quoniam additur: ut convertat corda Patrum ad filios. Sunt inter sapientes qui putant ipsummet Eliam venturum* (Ergò id non omnes credunt.) sed in eo discrepamus diametraliter, quòd mundanus rex sit futurus, qualem supra descripsimus, gentes debellaturus, reducturus populum, sacrificia instauraturus: quod Idem cum suis asserit, init cap. undec. המלך המשיח עתיד לעמוד ולהחזיר מלכות בית דוד לישנה למשלה ראשונה ובונה המקדש ומקבץ נדחי ישראל וחוזרים כל המשפטים בימיו כשהיו מקודם מקריבין קרבנות ועושין שמטין ויובלות כהל מצוה התורה בתורה *Rex Messias qui venturus est, restituet regnum domus David in integrum, ad dignitatem pristinam, & readificabit sanctuarium, atq; recolliget dispersos Israel. Illis diebus instaurabuntur omnes cultus sicut erant olim, offerent sacrificia, celebrabunt jubilæos, adeoq; universa prout in lege præscripta sunt.* Quia verò in hâc ultimâ captivitate cæteris longè diuturniori, familiæ Iudæorum sunt confusæ, nec dubium quin multi qui genus Abrahæ jactitant, à militibus Vespasianis, libidinem in captivis explentibus orti sint; ideò erit & hoc alterum Messiæ officium, ut Genealogias renovet, populum in tribus dispescat, & separet heterogeneos: sicut olim Esdras è Babylone reduces recensuit. Ead. Hal. c. 12. post med. בימי מלך המשיח כשתתישב מלכותו ויתקבצו אליו כל ישראל יתיחסו כולם על פי ברור הקדש שתניח עליו שנ' וישב מצרף וטהר ובני לוי ומטהר תחלה ואומר זה מיוחס כהן זה מיוחס לוי ודוחה את שאינן מיוחסין לישראל שנ' ויאמר הת רשתא להם אשר לא יאכלו מקדש הקדשים עד עמד הכהן באורים ותומים ואינו מיוחס אלא לשבטים שמרדיע שזה משבט פלוני אבל אי אתה אומר עלוח ממזר ונתין עבד שמשפחה הנשפעה נטמעה *tempore regis Messiæ, quando constabilitum erit regnum eius, & omnis populus ad ipsum collectus, recensebuntur singuli ex ore spiritus*

sancti (nam & hunc agnoscunt Iudæi, sed non pro personâ divinitatis) qui super illum requiescet; quia dicitur (Malach. 3. vers. 3.) sedebit conflans & emundans, atq; filios Levi purgabit primùm, dicens, iste est sacerdos, iste levita, & repellet alienigenas (à ministerio sacro) sicut dicitur (Nehem. 7. 65.) ait Tirsatha, nè comederent de sancto donec exsurgeret Pontifex cum Vrim & Tummim. Recensebit autem solas tribus, indicans unde quilibet sit oriundus; non verò familias. nec dicet ille spurius est, aut iste servus: postquam familiæ ita sunt commersæ. Summa redibit tunc aureum seculum & tempora beata. quando depræsentibus malis nihil præter nomina nocent. Id ad fin. cap. & totius operis. לא באותו הזמן יהיה שם רעב ולא מלחמה ולא קנאה ותחרות שהטובה תהיה משופעת הרבה וכל מעדנים מצויים כעפר ולא יהיה עסק כל העולם אלא לדעת את ה׳ בלבד ויהיו ישראל חכמים גדולים והסתומים העמוקים גלוים לכל *illo tempore procul aberunt fames, bellum & invidia: bonitas verò effundetur abundantissimè, omnesq; generu voluptates præstò erunt instar pulveris. nemo tamen occupabitur aliâ requàm cognitione* DEI. *tunc Israëlitæ sapientissimi eluent, quibus etiam profundissima mysteria omninò apertentur.* Attende autem quibus signis vel criteriis iste Messias certò sit agnoscendus. nè iterum in eo aberrent, quod sæpe hactenus magno suo malo & totius mundi ludibrio fecerunt, omnibus tot magnificis spebus turpiter frustrati. primò erit legisperitissimus; deinde bellicosus, ut arte simul & marte polleat, & in utroque felix prosperitate continuâ: tertiò tamen nullius miraculi patrator, quia mundi cursum non innovabit; denique nec mortalis, quam propriam volunt esse notam, nè Iesum Nazarenum admittere cogantur. Iterum cap. præc. 1. circ. med. אל יעלה על דעתך שהמלך המשיח צריך לעשות אותות ומופתים ומחדש דברים בעולם או מחייה מתים וכיוצא בהן שהטפשים אומרים הרי ר׳ עקיבא חכם גדול נישא כליו של בן כוזיבא ודמה הוא וכל חכמי דורו שהוא המלך המשיח עד שנהרג נודע שאינו ולא שאלו ממנו חכמים לא אות ולא מופת; ואם יעמד מלך מבית דוד הוגה בתורה ועוסק במצות כדוד אביו ויכוף כל ישראל ללך בה וילחם מלחמות ה׳ אם הצליח ונצח כל האומות שסביביו ובנה מקדש במקומו הרי זה משיח בודאי ואם לא הצליח או נהרג בידוע שאינו זה שהכתיבה עליו תורה ולא העמידו הקבה אלא לנסות בו רבים שנ׳ ובן המשכילים יכשלו לצרוף בהן ולבבר וללבן עד עת קץ כי עת למועד *noli existimare quod rex Messias debeat miracula edere vel innovare naturâ aut mortuos vivificare prout opinantur stolidi. Ecce R. Akiba celeberrimus ille sapiens, armiger erat Ben-Cozbæ, habens illum ut à cum coætaneis pro vero Messia, donec occideretur; tunc agnitus fuit, neq; vocant sapientes ab illo prodigium in confirmationem. Verùm si rex surget de familiâ*

de familiâ David, eruditus in theoriâ legis & exercitatus in praxi, qui populum cogat ad observationem legis, & praeliabitur bella Domini, si prosperum habebit successum & vincet cunctas gentes circumquaque item aedificabit sanctuarium suo loco debito; ecce is demum certò erit Meßias. sin verò succumbat vel interficiatur, constabit non fuisse genuinum illum, in quem nos sperare scriptura jußit. permittit verò DEUS *venire tales ad tentandum plurimos. sicut dicitur (Dan. 11. 35.) inter intelligentes offendentur aliqui, ut conflentur, purificentur & dealbentur usq; ad constitutū tempus.* Talis autem qualem ipsi quidem describunt. hactenus nondum apparuit, ideò desiderant eum quotidie, votisque sollicitant ardentibus subinde illud inclamantes: *mitte nobis germen David.* Iam pridem circa Christi tempora, concepit Iehuda filius Themæ formulam, adventum eius precandi, quâ etiamnum hodie nimis serò utuntur, in orationibus quotidianis. Pirk. Af. ci c. fin. c. 5. יהי רצון מלפניך יי אלהינו ואלהי אבותינו שיבנה בית המקדש במהרה בימינו ותן חלקנו בתורתך *esto beneplacitum coram te, ô Domine* DEUS *noster Deus, & patrum nostrorum! ut reaedificetur domus sanctuarij citò in diebus nostris: & pone nostram portionem in lege tuâ.* nè tamen videantur odio nostri & impatientiâ servitutis tantum hoc orare, instruit eos Maymonides satis philosophicè, ac jubet solius sapientiæ, non voluptatis causâ id optare sanior in eo quoque suis gregalibus. paulò ante fin. ult. cap. לא נתאוו הנביאים והח כמים ימות המשיח לא כדי שישלטו על אומות העולם ולא כדי שירדו נגים ולא כדי לאכול ולשמוח אלא כדי שיהיו פנויים לתלמוד תורה ולא יהיה נוגש ומבטל להם כדי שיזכו לחיי העולם *non desiderarunt Prophetæ & alij sapientes tempora Meßiæ, ut dominentur populis mundi, & imperent gentilibus (à quibus nunc opprimuntur) nec ideò ut comedant & lætentur tantùm: sed ut vacui sint ad doctrinam legis, nec impediantur ab exactoribus, quo minus ad æternam vitam præparare se poßint.* Hæc est summa Iudaicæ sententiæ de rege Messiâ, non ex incertâ traditione alicujus novitij hausta, (ut aliqui temerè nullo que delectu solent) sed idoneis & inter ipsos authenticis authoribus stabilita.

Requirit ergò Christiana pietas, ut ad calcem libelli doceam, quibus argumentis utrinque confessis, hanc opinionem ipsis eripiendum putem: non enim nunc animus est è novo & ipsis suspecto Testamento quicquam probationis afferre, nec etiam ea quæ Theologi aliàs piè opponunt, repetere; sed quia disputantes in principijs convenire oportet, ex ipsorummet libris omni exceptione sua majoribus demonstrare. *quod tempus Meßiæ destinatum pridem transierit, adeoq; nunc frustra expectetur alius;* ut miseri homines tamdiu frustrati,

deinceps in personam ejus, & quisnam ille sit inquirere discant. Affero autem nunc præcipuè quatuor Argumenta; (cætera in aliud tempus & locum consultò reservans.) scilicet à regimine suo, ab imperio Romano, à Chronologiâ & quod firmissimum est, à propriâ confessione petita. primò extat in Talmude vetus & clarissima traditio, Messiam tunc adventurum, quando Synedriales, potestate suâ multùm imminuta, e vulare cogantur de loco in locum nec in camera templi considentes, jurisdictionem plenariam exerceant, ut ab antiquo. Atqui hæc potestas ipsis per Herodem accisa fuit, pòst indies decrevit, tandem penitus contabuit; illis interim hoc tribunal ex unâ urbe in aliam transferentibus. Mass. Sanhedr. p. 97. a. ant. med. תניא ר' יהודה אי דור שבן דוד בא בו בית הועד יהיה לזנות והגליל יחרב והגבלן יאשם ואנשי גבול (פי' אנשי גזית סנהדרין) יסובבו מעיר לעיר ולא יחוננו וחכמת הסופרים תסרח וכו' *Traditio ait R. Iehuda, generatione quâ filius Davidis adveniet, domus congregationis scholastica fiet lupanar, fluvius Galil exsiccabitur, locusq; Gablan vastabitur, & viri limitum (h. e. territorij terræ Israël) qui sunt Synedriales in conclavi lapideo templi, circummigrabunt ex urbe in urbem, neq; quis illorum miserebitur, & sapientia scribarum fœtebit. &c.* Nil jam dicam de reliquorum applicatione, quando coruptissimus fuerit scholarum status, & legisperitorum sapientia in stultitiam degenerarit, quod pridem ipsis exprobravit Salvator Matth. 23. v. 4. & 23. 27. sed subsumam tantùm de consistorialibus, è Zæm. David p. 36 b. תיבה סנהדרין נלתה מירושלים ליבנה ארבעים שנה קודם חורבן בשנת תשפח (לאלף הרביעי) ושם תקן שמואל ברכת המינים בעת ההיא נפתחו דלתות ההיכל מעצמן ועזר בהן רבן יוחנן ומעת ההיא התחיל ר' צדוק להתענות מ' שנים רצופים והיה כתוש עד שריבו בקש מאספסיאנוס שהרפאים שלו ירפאהו; *Synedriales migrarunt à Ieroselymis in Iabne (urbem maritimam 240 stadijs inde distantem, in termino Dan sitam, ubi olim Maccabei propugnaculum extruxerunt) quadraginta annis ante excidium templi, Anno 788. millenarij quarti (adeoq; ipsissimo tempore prædicationis & miraculorum Christi, cuius natalem ipsi in A. 761. reponunt) ibi ordinavit Samuel orationem hæreticorum. Eodem tempore templi portæ suâ sponte sunt apertæ (sacrificiorum abolitionem tantùm non emissâ voce testantes) quas increpavit Raban Iohannes (scilicet pro authoritate.) tunc etiam cruciari coepit R. Zadok, qui quadraginta totis annis continuâ tabe laboravit (an & hoc omen erat contabescentis Iudaismi?) donec R. Iohannan filius Zachæi Vespasianum rogasset, ut per suos medicos curari permitteret.* Hic repetenda essent, quæ supra Theor. XIV. è 14. cap. Sanh. Maymonidis attuli; sed nè quicquam bis inculcem.

eulcem, retrospice ad pag. 100. Secundò extat in eodem codice Talmudico consimilis traditio, Messiam tunc appariturum quãdo Romana Monarchia jam aliquot mensibus ubique locorum invaluerit. Atqui hoc ipsum tempore Salvatoris contigit, quando universus orbis Romanus ab Augusto censebatur, Luc. 2. 1. Talm. M. Sanh p. 98. b. init. אמר רב אין בן דוד בא עד שתתפשט מלכות הרשעה על ישראל תשעה חדשים שנ' לכן ייתנם עד עת יולדה ילדה וגו' *Dicit Raf: non venit filius David, donec regnum illud malignum extendatur super Israël novem mensibus, quia dicitur* (*Mich.* 5. 3.) *tradet eos usq; dum pariat parturiens.* (*quod naturaliter fit post dodrantem anni.*) hoc infami cognomine appellant Imperium Romanum, (quod nemo Iudæus negare ausit) aliquando etiam denominant Edomiticum, ut R. Sal. I. ad Num. 24. 19. עיר החשובה של אדום היא רומי *metropolis Edomæorum est Roma.* Subsumo igitur iterum è Zæm. Dav. part. secundâ, fol. 21. a. דע שתחלת מלכות רומי הכללי היא משנה תשל שאז עלה קיסר אגוסטי בשנת ל' למלכותו על ארץ מצרים: וכי *scito quòd initium monarchiæ Romanæ incidat Anno* 730. (*supra tres millenarios*) *quando Cæsar Augustus occupavit AEgyptum, anno regni sui duodecimo.* En quàm propè ista quoq; fidei nostræ consentiant. Tertio extant diversæ numerationes annorum mundi ad Messiam; quæ quamvis nõ prorsus ad amussim congruant, includũt tamen omnes tẽpora Iesu Nazareni, & partũ absunt à quarto millenario; itaque omnia dudum præterierunt, ut nulla spes ulterioris termini superfit. Nota est & in vulgus etiã emanavit illa traditio Elianorũ, quæ legitur c. Chelck pag. 97. a. prop. fin. א"ר קטינא שית אלפים שני הוו עלמא וחד חריב: אני אמר תרי חרוב (מי שני אלים היה תהו שלא ניתנה עריין תורה מאדם ראשון ועד שאברהם היה בן נ"ב שנה) תניא כותיה דרב קטינא כשם שהשביעית משמטת שנה אחת לשבע שנים כך העולם משמט אלף שנים לשבעת אלפים של אלף שנים בעיניך כיום אתמול כי יעבור: תנא דבי אליהו ששת אלפים שנה הוי עלמא שני אלפים תוהו שני אלפים תורה שני אלפים ימות המשיח ובעוונותינו שרבו יצאו מהם מה שיצאו *Raf Ketina inquit: sex mille annorum erit mundus, & uno millenario vastus. Abaij* (*eum corrigens*) *dicit: duobus millenarijs vastus, scilicet ab Adamo usq; ad* 52. *annũ Abrahami. fine lege quasi vacuus Traditio similis huic Ketinianæ: quẽ admodũ septimus quisq; annus quiescebat.* (*Lev.* 25. 4.) *sic mundus cessabit millenario septimo, sicut dicitur* (*Psal.* 90. 4.) *mille anni corã oculis tuis sunt velut dies hesterna quæ præterijt Traditio domus Eliæ* (*non Propheta, ut perperã vulgò existimãt. sed alterius, Hasmonæi ferè coætanei.*) *sex mille annis erit mũdus, duobus inanitas, duobus*

lex, duobus tempora Meßiæ (hos jam sciunt ferè completos, ideò addunt) *sed propter iniquitates nostras multiplices transferunt ex illis quicunq; transferunt.* Itaque ut hanc excusationem enervemus, audire juvat accuratiorem computum. Mass. Elilim fol. 9. b. tempus tàm certò determinatur, ut etiam fertilissimum latifundium, spe melioris tunc nè teruncio quidem redimere velint. verba sonant. תנא אחר ארבעת אלפים ומאתים ושלשים ואחת שנה לבריאת עולם אם יאמר לך אדם קח לך שדה שוה אלף דינרים בדינר אחד אל תקח (מי שהוא קץ הגאולה ותקנץ להר הקדש לנחלת אבותיך ולמה תפסיד הדינר *Doctrina post annos quater mille ducentos triginta & unum, à creatione mundi, si quis tibi dixerit, eme hunc agrum mille denarios valentem, unico denariolo, non emas: nam tunc redemptio instat, recolligetur ad montem sanctum, ubi sunt avita possessiones tuæ. quare igitur perdere velles denarium?* Sin & iste terminus displicet, præstolare alios viginti annos; de quibus iterum in Pereck-Chelek pag. ead. 97. sed facie versâ אל אליהו לרב יהודה אחוה דרב סלא חסידאה אין העולם פחות משמונים ותשעה יובלות (מי הייט ר' אלעזר מאתים וחמשים וביובל האחרון בן דוד בא אל בתחלתו או בסופו אל איני יודע כלה או איני כלה אל איני יודע רב אשי א' הכי אל עד' הכא לא הסתכי ליה מכאן ואילך איסתכי ליה: *inquit Elias ad Raf Iehudam, fratrem Raf Salla benigni: mundus non durat minus quàm octoginta quinq; jubilæos, hoc est, mille ducentos quinquaginta annos* (*unde chronologi obiter animadvertunt, quòd* 50. *non* 49. *tantùm pro Iubilæo computentur.*) *& in jubilæo postremo veniet filius Davidis. quæsivit ille, initioné an finè respondit se nescire. institit: complebiturnè ultimus vel non? etiã hoc scire negavit. Raf tamen Asche dicit respondisse sic: eousq; præstolerit illum, inde ac deinceps non amplius præstolerit.* Ergò neque nos præstolabimur. in gratiam tamen pertinaciam hanc unam adhuc prorogationem cognoscemus, valdè suspectam, quæ ibid. sequitur. שלח ליה רב חנן בר תחליפא לרב יוסף מצאתי אדם אחד ובידו מגילה אחת כתובה אשורית ולשון קדש אמרתי לו זו מנין לך אל לחיילות של רומי נשכרתי ובין גוגי רומי מאתיה וכתוב בה לאחר ארבעה אלפים ומאתים ותשעים ואחת שנה לבריאתו של עולם העולם יתום מהן מלחמות תנינים מהן מלחמות גוג ומגוג והשאר ימות המשיח ואין הקבה מחדש את עולמו אלא לאחר שבעת אלפים שנה רב אחא ברית דרבא א' לאחר חמשת אלפים שנה *miserat Raf Chanã filius Tachliphæ Rabino Ioseph: offendi hominẽ qui volumen habet Aßyriacum linguâ sanctâ scriptum, & cum scisciterer unde natus esset, respondit; sub Romanis stipendia merui, & inter spolia reperi. In eo scriptum est: post 4291. annum à creatione perficietur mundus, interea gerentur bella draconum, item Gogi & Magogi: reliquum tempus erit*

erit Messia. nec tamen renovabit DEUS *opt. max. mundum suum ante septimum millenarium. Raf Acha filius Raba dicit: post quintum millenarium.* Omitto plura hujusmodi; agnoscunt enim ipsi terminum præterfluxisse. Ideò notemus hanc confessionem loco quarti argumenti. Eod. folio circ. fin. אמר רב כלו כל הקיצין ואין הדבר תלוי אלא בתשובה ומעשים טובים *Raf inquit: completi sunt omnes termini, adeoq. totum negotium dependet à pœnitentiâ & bonis operibus.* Huc pertinet quoq; confessio R. Iosuæ, ante XIV. secula defuncti, qui Messiam sub portâ Romanâ offendisse & allocutus esse legitur, Talm. cap ult. Sanhedr. p. 98. a. circ. fin. ר' יהושע בן לוי אשכחיה לאליהו ואמר קיימי אפתחא דמערתא דר' שמעון בן יוחי א"ל אתינא לעלמא דאתי א"ל אם ירצה אדון הזה (פי' שכינת היתה עמהם) א' ר' יהושע שנים קראתי וקול ג' שמעתי א"ל איפת אתי משית א"ל זיל שיליה לדידית והיכא יתיב אפיתחא דרומי ומאי סימניה יתיב ביני עניי סובלי חלאים וכולן שרו ואסירי בחד זימנא איהו שרי חד ואתיר חד אמר דילמא מיבעינא דלא איעכב אזל לגביה א"ל שלום עליך ר' וסורי א"ל שלום עליך בר ליואי א"ל לאיפת אתי סר א"ל היום: *R. Iehosua filius Levi reperit Eliam stantem ad ostium spelunca R. Simeonis ben Iochai (qui una cum filio R. Eliezaro 12. annis ibi, metu Imp. Adriani delituisse fertur, & libros Zohar atq; Siphri tunc scripsisse.) quæsivit ex illo, perveniam nè in seculum futurum? (h. e. vitam æternam?) respondit, si voluerit iste Dominus! aderat enim ipsis sancta Divinitas. regessit Iosua: binos tantùm vidi, sed vocem trium audivi. Quando autem veniet Messias? respondit, abi, roga ipsum met. ubinam ergò est? sedet ad portam Romæ. & quodnam ejus signum? (quo inter multos ibi considentes agnoscatur.) sedet inter pauperes oneratos morbis, cæteri omnes solvunt & ligant (fascias ulcerum) universas simul, ipse verò unam post alteram sigillatim, dicens (intra se, vel cogitans) fortasse postulabor, nec in morâ ero! Abijt igitur ad Messiam salutans illum: pax super te! mi magister, mi Doctor! qui respondit, pax quoq; super te ô fili Levi! quæsivit autem, quando veniet Dominus meus? respondit, hodie.* Non jam in fidem rei gestæ inquiro, utrum historia sit an somnium? sed illud mihi contra pertinaces appellas usurpo, quod Messias pridem inter Romanos hoc est Christianos reperrus fuerit, & quidem habitu non regio qualem ipsi optabat, sed contempto & vili qualis est mendicorum, unde vix nec nisi signo quodam agnosci potuerit: ad Iudæos autem statim quoque venire promiserit. Sciunt hîc se constringi, propterea locum non de urbe Româ, sed portâ quadam Paradisi eò spectante ac inde denominatâ exponunt. Scholiastes ibid. in marg. נראה למורי לא בפתח רומי ממש אלא גן עדן הוא כנגד כל העולם וקאמר

ליה דבאיתו צד של זין עין שכנגד פתח רומי משיח שרוי videtur mihi Præceptori quod non sit porta Romæ simpliciter; sed in horto Edeu, qui est ex adverso totius mundi. ab illo latere quod respicit portam Romæ, Messias commoretur. an igitur in paradiso etiam sunt ulcerosi & leprosi? & si est ex opposito mundi, quo viæ cōpendio R. Iosuæ vivus illuc transvolavit? non sic evadetis! Sentiebat olim Hillel Christi cœtaneus tempora tunc effluxisse; ideò de Messiæ adventu alio desperavit, & quia Iesum Nazarenum agnoscere noluit, totum hoc pridem in Hiskia impletum esse contendit: quo nomine à cæteris reprehenditur Eod lib pag. seq. 99. a post init הלל אומר אין להם משיח ר׳ לישראל שכבר אכלוהו ביומי חזקיה אר׳ יוסף שרי ליה מריה (פי׳ ישמחו לו הקבה שאמר אשר לא כן) הזקיה איתי חוה בבית ראשון ואילו זכריה קא מתנבא בבית שיני גלי בת ציון סלכך יבא R. Hillel ait Israëlitæ non habebunt alium Messiam, quia pridem devorarunt illum in diebus Hiskiæ. contra hunc Raf Ioseph inquit: condonet hoc ipsi Dominus scil. Hillel: qui dixit quæ non vera sunt. Quandonam vixit Hiskias? nunquid sub templo priori? at Zacharias prophetavit in domo posteriori (c. 9. v. 9.) exulta Sion, venit Rex tuus. &c. Summatim dicam: ita hic confunduntur Iudæi, ut calculum præ indignatione diris omnibus devoveant, nolunt nobiscum supputare amplius, nec suis permittunt ut hîc scrupulosi sint; damnant hoc studium velut impiam curiositatem, & calculatoribus ut ilia rumpant imprecantur. Hal. Melachi cap. 12. §. 5. לא יתעסק אדם בדברי ההגדות ולא יאריך בדברי הפרשות האמורים בעניינים אלו וביוצא בהם ולא ישים עיקר שאנשים מבאיים לא לידי אהבה ולא לידי יראה ובן לא יחשוב הקיצים אמרו חכמים תיפח רוחם של מחשבי קיצים אלא יהכה ויאמין בכלל: non occupetur homo in hisce mysteriis, nec diu immoretur talibus dictis in hoc vel simili negotio. neq; habeat illa pro fundamento, quia nil proficiunt ad charitatē vel timorē DEI. præsertim verò nō computet articulos temporū. dicunt enim sapientes: INTUMESCAT SPIRITUS eorum qui tempora supputant! sed præstoletur & credat universaliter. Prohibitio quam allegavit, extat in supradicto capite Chelek. fol. 97. b. med. ר׳ שמוא׳ בר נחמני א׳ר יוחנן תיפח עצמן של מחשבי קיצין שהיו אומרין כיון שהגיע את הקץ ולא בא שוב איגו בא אלא הכה לו שנ׳ אם יתמהמה הכהלה ait R. Samuel f. Nathmoni, dicere solitum R. Iohannem: inflentur corpus computantium terminos! dicunt enim quia terminus adest, ipse verò nondū comparuit, ideò nec postea veniet. Tu verò expecta ipsum, sicut dicitur (Hab. 2. 3.) etiamsi tardet, præstolare tamen.

Sunt autem duo præcipuè offendicula, quæ Iudæos absterrent, quo minus Iesum Nazarenum pro Messia recipiant. primò quia cū

præsto

præstò esset, tàm paucos habuit assectas, eosq; non de primoribus populi sed obscurâ plebe. deinde quoniam infirmitatibus humanis obnoxius fuit, varia passus & cõtemptim quoq; mortuus. Melach. c. 1. § 6. אף אותו שדמה שיהיה משיח ונהרג נכר כבר נתנבא בו דניא׳ שנ׳ ובני פריצי נכשלו וגו׳ כי יש מכשול מזה שכל הנביאים דברו שהמשיח נוצל לישראל ומושיעם ומקבץ נדחיהם ומחזק מצותם וזה גרם לאבד ישראל בחרב ולפזר שאריתם ולהשפילם ולהחליף התורה ולהטות רוב העולם ולעבוד סנלעדי השם: *etenim de illoquem putarunt esse Meßiam, qui capitali supplicio damnatus est, vaticinatur Daniel (c. 11. v. 14.) filij latronũ scandalizabuntur &c. Est sanè magnum offendiculum, postquã omnes Prophetæ Meßiam promiserunt redemptorem Israëlis, salvatoremq;, qui dispersos eius recolligat, & legem corroboret, quod iste causatus est internecionem Israëlis per gladium, & dissipationem residuorũ legem mutavit atq; maximã partem orbis ad alienũ cultum traduxit* Sed respondeo è traditionibus majorũ vestrorũ: annon fassi sunt Messiam fore spretum & neglectum? à pauciſſimis agnoscendum? perek chelek. p. 93. b. med. אר אלכסנדרי מלמר שהטרינו מצות ויסרק קריחים *R. Alexandri ait, docemur quod Deus Meßiam oneret castigationibus quasi molaribus lapidibus.* Et modò supra rensui quod eum R. Iosua non apud magnates, sed inter pauperes invenerit ac ægrotos. Eod. c p. 111. a. ד׳ אסאי א׳ ביאתן לארץ שנים משים רבוא א׳ רבא וכן ליסת המשיח *R. Sinai dicit, introibant terram Canaan bini tantùm è sexaginta myriadibus. Rabæ inquit. idem fiet in diebus Meßiæ (h.e æquè pauci salvabuntur.)* Quid ergò scandalizamini amplius, ô duri cervicè quousq; vos luditis Ipsi? quoties à pseudo Messijs turpiter decepti estis non jam repetam quanto sanguine constiterit vobis unicus *Bar Cochab* abeventu per meritã agnominationem *Bar Cozba* dictus, cujus stragẽ æstimat R. Iohannes in Echa Rabathi c. 2. v. 2. octoginta myriadibus occisorum: in quâ illud miserrimum erat, quod nè imbelli quidem turbæ puerorũ pepercerunt, אמר רבן גמליאל חמש מאות בתי סופרים היו בביתר וקטן שבהם לא היה פחות משלש מאות תינוקות והיו אומרים אם יבאו השונאים עלינו בספתנין הללו אנו יוצאין ודוקרין אותם וכיון שגדמו העוונות ובאו השונאים כרכו כל אחד ואחד בספרו ושרפו אותם *ait R. Gamaliel: quingentæ domus scholasticæ fuerant in urbe Bethoron, quarũ minima continebat nõ pauciores trecentenis scholaribus. ideò (multitudine freti) dixerunt: si venerit hostis, egrediemur eũ istis graphijs & confodiemus illos. at postquam Romani vicerant, involverunt quemlibet suo volumini, & sic ut à cõbusserũt* Ibid. paulo anteriùs. והיו הורגים בהם עד ששקע הסוס בדם עד חוטמו והיה הדם גולגל אבנים של ארבעים סאה והולך בים ארבעה פרסאות: *tãtopere mactabãt, ut equus immergeretur sanguini usq; ad capistrum nasi, & fluxus cruoris*

protruderet lapides quadragenarios, adeoq; deflueret per quatuor miliaria usq; in mare. tunc scilicet impletum est, quod occinuistis Pilato: Sanguis eius super nos! Hoc tamen nihilo cautiores facti, tempore Maymonidis iterum vos decipiendos præbuistis, impostori cuidam de quo ipse scribit in Epist. ad Iud. Massil. circ fin. בארץ תימן עמד איש אחד יש לדבר כ"ב שנה ואמר שהוא שלוחו של משיח מישר דרך לפני ביאתו ונתנבאו אנשים רבים עמו יהיה מטעה אותם: לאחר ש"נ נתפש וברחו מסט כל הגלוים אליו ויאמר לו מלך מה זאת עשית ומה המופת שלך ענה התרך ראשי וא"כ אקום ואחיה *in regione australi surrexit quidam ante hos 77. annos, præcursorem Messiæ professus, qui viam eius præparare debeat. huic adhæserunt plurimi, quos decepit post annum captus fuit, tunc aufugerunt complices. Cùm autem Rex rogaret; qua fiduciâ id feciſti? quo miraculo probaſ? respondit, amputa mihi caput & resurgam (quòd postea factum est, sed non revixit.)* Quid veteribus exemplis inhæreo, cum nova & recentia suppetant? avi nostri meminerunt cujusdam R. Lemlin, qui se pro Messiæ prodromo venditavit, populares suos vanâ spe sic dementans, ut indicto solenni jejunio, ad reditum in terram suam se pararint omnes. audi quæso narrantem R Ganzium in Zæm. f. 61. רבי לעמלין היה סבשר על ביאת משיח בשנת ר"ם ובכל תפוצת ישראל האמינו לדבריו גם בן הגרשם היה הקול הולך תדול וא"ם זקיני זליקמאן נאנז ז"ל הרס ונתץ תנר המיוחד למצות בהבטחתו הנסורת של שנה הבאה יאסף מצות בארץ הקדושה: *R. Lemlin prædicabat adventum Messiæ Anno 260 (h.e. Christiano 1500. ut non tantùm in totâ dispersione Iudæorum plurimi hoc crederent, sed & ea fama pervebesceret apud Christianos. Dominus avus meus Selikman Ganz p.m. jam demolitus erat furnum suum paschalem. quòd placentas azymas sequente anno in terrâ sanctâ pinsere certò confideret.* vah, quàm magnificis spebus vos fruſtra toties impleſtis! 'agnoscite vel tandem ô miselli quòd hæc expectatio nimis sera sit. Adveniet Messias, fatemur & fortè in propinquo est: sed non eâ ratione quâ vos persuasi estis. Maymonides operum suorum cap. ult §. med. כל אלה הדברים לא ידע אדם היאך יהיו עד שיהיו שדברים סתורים הם אצל הנביאים גם החכמים אין להם קבלה אלא לפי הכרע הפסוקים ולפיכך יש להם פחלוקת *nihil horum præscit homo qualiter futura sint antequam fiant. sed omnia sunt abscondita penes prophetas. ipsi etiam sapientes nihil de hoc norunt è Kabalâ, sed quicquid habent tantum est ex præponderantibus sententiis: propterea tantoperè discrepant invicem.* Ipsa dissonantia posset vobis argumentum incertitudinis esse. Sed in hoc nimius fui. desinendum erat pridem. Aperiat vobis oculos & corda & molliat, qui ea sol habet in sua potestate, Deus in secula benedictus, Amen.

SVMMA-

SVMMARIVM
LIBELLI.

QVoniam loco absens, & alijs intentus pleniorem Indicem Alphabeticum colligere non potui, qualis tamen ob rerum varietatem necessarius esset: visum est eius vice brevem tantùm Ἀνακεφαλαίωσιν subnectere, quæ servato tractationis ordine, seriem Theorematum & præcipua commentaria obiter ostenderet; simul ut Methodi ratio evidentius appareret, & scires quâ occasione ad multa specialia descenderim, quæ sub generali titulo non expectasses.

ELECTIO Cap. I.

Theor. I. DEI mandatum erat eligere Regem. pag. 3
Maturè jußum, tardè impletum, *Ibid.*
Corona regni non sola, p. 4.
Negant aliqui Regibus indiguiße:
quòd pugnet cum libertate populi p. 5.
& ipse Samuel dißuaserit.
Iis respondetur ad obiecta p. 6.
quod in formâ non jure petendi aberrarint.

Th. II. Ius eligendi competebat Prophetis & Synedrio magno: qui & Oraculum consulebant. p. 7.
Status regni Aristocratiâ temperatus. *Ibid.*
Synedrij magni præsides duo, & conventus. 8.
ejusdem potestas ac officium. 9.
Catalogus. 10.
Oraculum Vrim & Tummim quale fuerit? 11.
qua ratione consuluerint. 12.
quomodo responsa reddiderit. 13.
observatio nova. 14.
quando cessarit. & an rediturum? 15.

Th. III. Prohibebantur eligere Fœminã, Extraneũ, Cerdonẽ. Ead.
Fœminæ ad telam quàm telum aptiores. 16.
Athaliæ de facto non jure regnum occupavit. *Ibid.*
Alienigenæ ab omnibus officijs arcebantur.
de Edomitis dubitatum. 17.

Cerdones

Cerdones cur excluſi. Ibid.
de opificibus contemptim ſentiunt hebræi. 19.
Obijcitur quòd Saul agaſo, David opilio. 20.
Reſp. id alijs dotibus penſaſſe. 21.

Th. IV. Electum ungebant circa Caput. p. 22.

Vnctio inter ritus inaugurationũ antiquiſſima. Ibid.
quale oleum fuerit. præcipuè quid Myr. 23.
quomodo confectũ ſit. quantillum? quamdiu ſervatũ. 24.
quando defecerit? & an reparare liceat? 25
Locus inaugurationũ. cur ad fontes ductũ? 26.
Character circuli formâ inunctus. 27.
Sicut pontificibus crucicula. Ibid.
Vnctio in ſucceſſoribus non repetita. 28.
Belli duces extra ordinem uncti.
Samaritanũ balſamum vulgare adhibitum. 29.
Inauguratio AEchmalotarchæ Babylonici. 30.

PIETAS Cap. II.

Th. V. Rex bina legis exemplaria deſcribere tenebatur. pag. 31

Itaque literarum peritus eſſe debebat.
Vnum ſcribebat ut quilibet privatus, Ibid.
alterum ut Rex, manuq; propriâ 32.
Quali membranâ? 33. tres ſpecies illarum. 34.
quâ magnitudine? 35. columnarum dimenſio. 36.
lineatio. 37. atramentum. 38.
prototypum exemplar. 39. literarum venuſtas. 40.
Majuſculæ. 41. Apices. 42.
Devotio in nomine DEI. ibid. forma carminum. 43. ſpacia 44.
correctio. 45. an vel quid delere liceat? 46.
Ligatura. 47. ornatus. 48. ſepultura rejectitij. Ibid.

Th. VI. Et alterum ſemper ſecum ferre, ut indeſinenter legeret. 49.

Eruditio magnatibus neceſſaria.
Lectio regi conſiliarius fidelißimus. 50.
excipiuntur loca impura. 51.
libri enim honorificè tractandi. 52.
Sobrietas ſtudio neceſſaria. 53.
Th. VII. Neque enim legibus omninò ſolutus erat. 54.
Sua edicta poterat circumſtantijs attemperare. Ibid.

SVMMARIVM.

at Divinis legibus strictè tenebatur omnibus. 55.
uno fratriandi ritu excepto. 56.
an vel quatenus in jus vocari potuerit? *Ibid.*
Vapulationis Iudaicæ ritus. 57. *numerus ictuum.* *Ibid.*
flagrum. 58. *casus aliquot contingentes.* 59.
ob quæ delicta rex vapularit? 60. *Herodes accusatus.* 61.
an id honori deroget? 62. *Casaubono responsum.* 63.
Textus qui tyrannus fuere putantur, explicati: 64. *& seq.*

AVLA Cap. 3.

Theor. VIII. Ministros assumebat sibi quos volebat. 66.
Satellites. *Ibid.* *cubicularios.* 67. *fabros.* 68.
agricolas, Centuriones &c. 69.

Th. IX. Sed non tot uxores quot placebant. ibid.
ratio, nè regem seducerent.
Ajunt tamen Octodecim permissas fuisse. 70.
de Concubinis & Polygamiâ. 71.
Repudium 72. *eiusq; formula.* 73.

Th. X. Ita nec Equos superfluos ad pompam. 74.
Equisonum quorundam ineptiæ. *ibid.*
quot equos habuisse liceuerit? 75.
Causa prohibitionis: nè in AEgyptum redeant. 76.
An ergò Iudæis illuc migrare permissum? 77.
variæ limitationes? 78. *& obiter*
quàm patriæ sint amantes. 79.

Th. XI. Imò nè opes quidem privatas augmentare licebat. 80.
Avaritia in rege turpior. 81
pecudes tondendæ non deglubendæ. 82.
Salomonis & Davidis opes. 83.
AErarium regis: & collecta didrachmarum. 84.
aurea trabs in templo. 85.

SVBDITI Cap. IV.

Th. XII. Subditos humaniter ut fratres regere jussus. Ibid.
Sisaftus in regibus est turpis 86.
quantò intolerabilior erit in privatis. *Ibid.*
regem fortius tuetur Amor, quàm satellites. 87.

Commendatur Clementia, planè regia virtus. 88.
varia regiæ Clementiæ exempla. 89.
Collatio Emblematum, aliquot Politicorum eum quibusdam scripturæ dictis, & conformibus regnandi regulis. 90.
Quo loco numeroq; literati & Synedriales à regibus habiti fuerunt. 91.

Th. XIII. Sic tamen nè quid honoris deperdat. pag. 92.
Publicam sustinens personam. si quid contumeliæ patitur, non sibi, sed toti regno fit inhonestum. 93.
Honoris cultus erga magistratum cuivis incumbit. Ibid.
Peculiaria sunt regum ornamenta & majestatis velut Symbola 94.
Nimia humanitas in rege contemnitur. pag. 85. *stationis namq; ratio diligens habenda cuivis est.* 97.

Th. XIV. Habebat enim (certâ moderatione) jus vitæ & necis illorum. pag. 96.
Administratio Iustitiæ primarium regis officium. 97.
hanc juvabant censores Schoterim. Ead.
Iustitiæ symbola in throno Salomonis. 98.
Poterat tamen Rex de plano procedere, pœnas exasperare. Ib.
Suspensum pro terrore diutius in patibulo relinquere. 99.
plures facinorosos simul punire. Ibid.
uno teste damnare. 100.
in propriâ causâ judicare. 101.
Sanguinem verò subditorum reverenter habere debuit. 102.
Nec potuit aliter quàm decollatione reos plectere. 103.
quamvis Synedrium tria supplicionum genera, Strangulationē, Combustionem, & lapidationem haberet.
Subditi tantùm ad aras usq; obedire tenebantur. 104.

Th. XV. Cui etiam decimas, vectigal & tributa debebant. p. 105.
de Decimis dubitatum, quia Levitis date. 106. *& seq.*
Vectigalis non soluti pœna. 108.
Tributa extra ordinem. 109.
occisorum opes. 110.

BELLVM. Cap. V.

Th. XVI. Bella quædam jussu legis gerere tenebatur. Ead. p. 110.
Contra septem populos terræ Canaan. 111.
Amalekitas verò prorsus extirpare. 112.

quid illi commeruerint? 113.
Vacatio ab hisce bellis nemini indulta. 114.
itaq; imperterritos esse decuit. 115.
Classicum ad acuendam fortitudinem. 116.
Pax omnibus antè offerenda. 117.
etiam fugiendi locus relinquendus. 118.
postea nemini parcendum. 119.
Annon crudelis hæc lex? 120.

Th. XVII. Suscipiebat tamé & ultronea, pro dilatatione Imperij. 121.

non tamen absq; consensu Synedrij magni. *Ibid.*
Ab hâc militiâ immunes erant ædificantes. 122.
plantantes & negami. 123.
meticulosi & infames. 124.
Veterani & steriles. 125.
Dedititij ingratiam recepti sint. *Ibid.*
Expugnati verò 1. ad Proselytismum coacti. 126.
Proselyti autem vel erant Iusti
qui circumcidebantur. 127.
vel Incolæ tantùm. 128.
qui præcepta Noæ recipiebant. 129.
2. coacti ad servitutem. 130.
De fœminis bello captis in specie. *Ibid.*
Si quis miles cum pulchrâ rem habuisset. 131.
debuit eam in legitimum thorum suscipere. 132.
per mensem domi detinere. 133.
Capillos detondere, ungues contra nutrire. 134.
Lugubriter vestire. 135.
quæ ad fidem converti noluit, dimissa fuit. 136.
partus ventrem sequebatur. 137.
tales filij pleruná; degeneres. 138.

Th. XVIII. In utrisque servans disciplinæ militaris. pag. 139.

nè quis pugnam subterfugiat. 140.
vel arborem frugiferam excindat. 141.
aut aliàs quid utile perdat. 142.
Tùm nè castra excrementis commaculent. 144.
Privilegia castrensia. 145.
non teneri Sabbatho. 146. 147.
porcinâ vesci. 148. 149.
illotis manibus comedere 150. 151.

SVMMARIVM.

MORS ET SVCCESSIO. Cap. VI.

Th. XIX. Mortui Suppellex cõburebatur; equis etiã enervatis. 153.

Morientibus foramina obturantur. Ibid.
pollex in volam ligatur. 154.
astantes rumpunt vestimenta. Ibid.
lotum & tonsum cadaver involvitur. 157.
humeris effertur. 161.
sepelitur una cum utensilibus. 163.
at regia supellex crematur. 164.
redeuntes gramen evellunt. 169.
in spem resurrectionis. Ibid.
privatum lugent septiduo. 170.
at regi scholam habent juxta sepulchrum. 172.
an mortui hæc sentiant? 173.
Equos etiam enervare solebant. 174.

Th. XX. Inque locum succedebat filius. pag. 177.

Regnum enim erat hæreditarium. Ibid.
Inter plures succedit natu major. 178.
minorennis servatur sub tutoribus. Ibid.
Successio regum Israël. 179.
APPENDICULA *de rege Messiâ.* 179.
Qualem adhuc expectent? 181.
quibus signis sit agnoscendus. 182.
Argumenta quod jam pridem venerit. 184.
& post ipsum multi Pseudo Messiæ. 185.

ERRATA.

Quamvis communiter in hujusmodi libris Hebraico-latinis, extra conspectum Authoris excusis, errores sint crebriores quàm alibi; cautum est tamen huic libello singulari industriâ & attentione Ven. & Litt. Dn. M. Suessij Amici mei colendi, Typographeo interim assiduè advigilantis, ut non ita multi subirrepserint, (quo nomine magnas ipsi gratias deberi profiteor) aut qui fortè oculos eius effugerunt; (quod in exemplari meo multis lituris inducto facilè contigit.) exiles sint & nullâ difficultate agnoscantur. verbi gratia pag. 97. שעריך p. 105. על 113. בית 126. תושב 133. תרע & *in latinis.*

latinis p.7. *eligendi.16. scribenti.* 12. & 24. *obturare (cum aspiratione)* 27 *detinuit*,74. *dissentem.* 106. *quando.* 109. *everrunt.* Paucula sunt quæ sensum remorátur, ut p. 23. *eiusdē. pro cuiusdā.* 86. *mina pro ruina* 114. *prædicando pro pædicando.* 116. *campos procompos.* Et in nominibus proprijs *p. 9. Schefuos.* 100 *Tybertas. ibid. Kabala* 105. *Garizim.* 113. *Chaliphæ* una vox *aliena* deest p. 129 lin. 5. à fin. Et in ipso titulo scribitur *luci produce* quamvis & illud excusari posset. Sed omitto hæc leviuscula; quæ pueros tantùm movent; viros autem monere nil opus est: & ad calcem obiter aliqua majoris momenti noto, quæ inter relegendum inciderunt.

Pag. 39. circ. fin. negatur Samaritanos characteres esse primitivos Hebræorum. Quia verò Anonymus quidam author (quē ego coniecturis quibusdam minimè obscuris, *Capellum Professorem Salmurienſem* esse auguror) virum sanè judicij & doctrinæ non vulgaris) in eruditissimo tractatu suo *de Punctis vocalibus Leydæ nuper edito.* fol. 37. post Hieronymum & Scaligerum id affirmat; oppono dissentientibus novum argumentum; ex itinerario R. Benjamin Tudelensis, qui pag. 40. ab experientia testatur Samaritanos habere quidem multa sacra cum Iudæis communia, sacerdotes de familiâ Aaronis, & adhuc suâ ætate (ante annos ferè quingentos) sacrificasse in monte Garizim, super aram è lapidibus Iordanicis constructam. sed carere tribus literis ינח quasi ex totidem nominibus patriarcharum Abraham Isaac & Iaycob elisis; unde quidam eos illorum filios genuinos esse negent. Quod si ergò his aspirationibus carent, judicet Lector an Pentateuchus olim ante Esdram eâ scripturâ exarari potuerit? quod illi contendunt. Idem Rabinus pag. 47. testatur se Patriarcharum quoque monumenta in peregrinatione suâ vidisse, cum inscriptione tali: *Sepulchrum Abrahæ (Isaci vel Iacobi) patris nostri super quem sit pax &c.* addens literas fuisse legibiles: si legibiles Iudæis, ergò hebraicæ, non Samaritanæ. obierunt autem plusquam mille annis ante Esdram, & diu etiam ante ipsum Mosen: in delector æstimet illius seculi scripturam.

Pag. 61. ini. dicitur Synedriales à suis Regibus in solentiorum factorum rationes poposcisse, ac in jus etiam vocasse. Si cui Herodis exemplum ibi allatum ideò non sufficit, quia tunc nondum totius Iudææ Dominus erat, sed Galilææ tantùm præses; habeat jam hoc alterum de Alexandro Iannæo pontificē simul & rege; viro maximè strenuo, & insignibus victorijs nobilitato, qui huic populo universaliter & absolutè dominabatur. Is enim in leviori causâ, ob culpam non suam sed alienam, in jus vocatus fuit, & quod mireris,

akare juſſus prohibituſq; ſedere. Talm. Maſs. Sanhedr. cap. 2. pag. 19. a. circ. fin. מעשה היה דעבדיה דינאי מלכא קטל נפשא אסר להו שמעון בן שטח לחכמים תנו עיניכם בו פ' לא תחניפו לו ולא תשאו פניו ונדונטר שלחו ליה עבדך קטל נפשא שדריה להון טלחו תא אנת נסי להכא והועד בנעליו אסרה תורה יבא בעלה שור ויעמד על שורו (פ' דעבדו כחסורו) אתא ויתיב אסר לו שמעון בן שטח ינאי המלך עמוד על רגליך ויעידו בך ולא לפנינו אתא עומד אלא לפני מי שאמר והיה העולם אתה עומד שנ' ועמדו שני האנשים אשר להם הריב ונ' אשר לו לא כשתאמר אתה אלא כמה שיאמרו חבריך נפנה ליסינו (פ' לידע אם יאמרו כמותו) כשר פניהם בקרקע (שהיו יראים מסנני) נפנה לשמאלו וכבשו פניהם בקרקע אסר להן שמעון בן שטח בעלי מחשבות אתם יבא בעל מחשבות ויפרע מכם: *Hiſtoria. contigit ut aulicus quidam regis Iannai homicidium committeret. ibi (præſes Synedrij.) Simeon filius Satach dixit collegis: cavete nè id impunè dimittatis, aut perſona adulemini! ideò ſignificarunt illi: ſervus tuus occidit quempiam! miſit eum rex judicio. citarunt ipſum regem; veni tu quoq; hûc. nam lex dicit (de bove cornupetâ Exod. 21. v. 29.) conteſtetur coram domino ſuo, id eſt, veniat poſſeſſor bovis & ſtet pro ipſo in judicio. Iumenta autem æquiparantur ſervi. comparuit ergo Rex & aſſedit. dixit ipſi Simeon ben Satach ô rex Iannai ſurgens ſta ſuper pedes tuos, & ſic teſtentur contra te. non ſtas coram nobis, ſed coram eo qui dixit fiat, & factus eſt mundus. ſicut ſcriptum eſt (Deut. 19. 17.) ſtent ambo viri qui litigant. reſpondit non faciam quia tu jubes, ſed quando collega tui conſenſerint. reſpexit ergò Præſes dextrorſum, an haberet ſuffragantes; at ipſi vultus in terram defigebant præmetu; converſus deinde ſiniſtrorſum, ut vidit ſimiliter facies non attollere auſos, dixit: ô vos cogitabundi! veniet alius cogitabundus, & ſumet de vobis vindictam.* Apparet autem ſimul exinde cauſa, quare hanc poteſtatem ſuam rarius exercuerint Synedriales, quia nempe timuerunt à regibus, in ord nem cogi nolentibus; nec omnes præſides eâ prædîti fuerunt fiduciâ, qua parcheſiaſtes ille Simeon, aut ejuſdem ſucceſſor Schammai. & tandem animos omninò ipſis ademit Herodes, quando legisperitos occiderat, qui dictum illud, Deut 17. 15. *è medetullio fratrum tuorum eligas tibi Regem &c.* in ipſum velut alienigenam quadrare negabant, de quo R. Moſche Mikozi, præc. aff 12. è prim. cap. Baſæ poſterioris. unde poſtmodum Agrippæ palam adulati ſunt, contra conſcientiam ipſi acclamantes אחינו אתה *Tu es frater noſter!*

Denique ſi cui aliud quippiam priſci juris hebræi paradoxum vel incredibile videtur, cogitet nos plura veterum neſcire quàm ſciamus, & libros Iudæorum unde talia cognoſci porerant, (neſcio an idio-

an idiomatis difficultate vel contemptu gentis) hactenus nimis securè neglectos esse: mutata verò mea confirmatum, & alia insuper minus credibilia erutum iri paulatim, quando hæc lingua inter eruditam posteritatem ampliora sumpserit incrementa quod unicè opto. Si quis verò tàm bardus est, ut etiam ea quæ magno antiquitatis consensu traduntur, tantùm ideò non credat quia cum suo cerebro & receptis opinionibus non congruunt, ei per me quidem licet abundare suo sensu, & Americam quoque negare, quia ipse nunquam vidit, Hispani autem vel Hollandi nautæ sibi suspecti sunt. finge legem de vaccâ rufâ vel potu Zelotypiæ non expressè scriptam in Mose, à Iudæis autem oraliter propagatam, bone DEUS! quàm exsibiliarentur? quot statim ratiunculis ab aliquo Magistello, rei tùm absurditas tùm impossibilitas demonstraretur? Itaque surdis auribus horum clamores præternavigandi sunt. Et ego quidem qui ad imperitorum cachinnos jam occallui, intelligentium æquiori judicio fretus, rudera hæc effodere non desinam, quamvis pro thesauro post longam fatigationem, sæpenumerò etiam carbones inveniam.

Tu benigne lector ave & fave!

conatibus.

FINIS.

Digitized by Google